

## **Theophili Raynavdi Societatis Iesv Theologi, Opera Omnia**

Tam hactenus inedita, quàm alias excusa, longo Authoris labore aucta & emendata : Accessit Tomvs Integer Complectens Indices Septemdecim in vniversum Opus, omnium quotquot prodierunt locupletissimos, Qvibus Absolvts Divinae Av Humanae Eruditionis Thesaurus Orbi literato aperitur ; Adiectus est ...

**Raynaud, Théophile**

**Lugduni, 1665**

XIII. Christus Agonothetes, necnon concertator, & Auriga noster.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-79582](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-79582)

audiendi, quia ille nondum assumpit tempus iudicandi.]

Nimirum, tunc qui de eius ouibus esse hic renuerint, detrudentur in infirmi stabulum; à morte, id est Satana pascendi. Quod David prænuncianit lugubri illo effato, *sicut oues in inferno positi sum mors depauperet eos.* Depauperatio nominatur ea pascio, qua miseri homines instar pecudum, ad squalida & horrentia pascua deducentur: ubi eternis duntaxat, & in eternis pascantur, hisque infinitum duratus. Eum merentur exitum, qui vocem pastoris boni, audire hic contempserint. Qui vero audierint dicto sum pastori optimo, & pastorum principi, etiam si immediatum pastorem habeant mortibus malum, nec tam pastorem, quam lupum, parent ei nihilominus, & absque noxa, aut damno. Egregie id prosequitur Agobardus in calce libri de modo Regininii Ecclesiastici Bonis ouibus, bonus pastor vita pascua prouidebit. Pulchre eam allegoriam prosequitur Eusebius lib. 3. contra Marcellum cap. 17. Tot & tanta sunt Christi ouium sub hoc magno. Panis & pastorum principe felicitates.

Curandum tantum est ut oues simus & agni, quo nos sacerdotem Christum ipse appellat, ut informet ad ea quae sunt partium nostrarum. Sed quae miseria nostra est, multi oues esse refugerunt, transiunctorumque in lupos. Querela est Autoris libri de malis DD. male tributi Sexto III. [Vbi est (inquit,) illa denominatio qua plementum agnos nuncupat, oues appellat? Sicut ibi; *Bonus pastor animam suam ponit pro ouibus.* Et iterum. *Alias oues habeo: & deinceps: Ecce ego mitti vos sicut oues in medio luporum.* Et Beato Apostolo dicitur; *Si diligis me, pasc me agnos meos.* Sed & columba eam vocabulo nuncupat, dicens in Canticis Canticorum; *Sponsa mea, columba mea.* Volens scilicet populum suum, illorum animalium, quorum obtrinebat nomina, imitari in simplicitate naturam. Nos haec omnia, nunc vita nostra peruersitate in contrarium vertimus, & alia nobis congruere insignia designamus, lupi potius dicendi, quam oues, & non tam columba, quam milii nuncupandi. Atque utrumque luporum ferocitate contenti esse videremur; rapacitatemque sufficeret habere miliorum. Sed quod grauius nobis est, omnium tam bestiarum, quam volucrum excessimus atrocitatem, dum nec propriæ naturæ parcimus, cum illæ tantum seellantur alienam.] Pia precatio ad Christum, Pastorem summum & optimum, ut dignetur

ouili suo prospicere, ut dignetur excubatores bonos prouidere arcere lupos, & curam gregis agere, habet apud creditum Augustinum l. de salutar. documentis c. 5. 8.

\* \*



### CAPUT XIII.

*Christus Agonistes, nec non concertator, & ari-  
gia noster.*

1101 **N**ON ero in hac parte nimil res ligiolis, in exigendis ad exquiri-

uis enim Agonistetes, & Xystarches, & Epistles, spectato vocum rigore secernantur, ut Rhenanus in librum Teutulliani ad Martyres cap. 3, annotauit; tamen ob affinitatem nominum vocibus illis subiectatur, & qui in certorum praesides ac numeratores, vel certantum reatores cadunt, pro eodem habebo, quod Christus, nunc Agonistes, qui certamen influat præmis propotitis, nunc Xystarches, qui praesit loci, quo per huius vita hyemem excentur Christiani; nunc Epistles, magister inquam athletarum concertantium, denominatur apud variis Patres: confitentia ad Scripturas, quibus hic Christi titulus frequenter inveniatur, nolque specie athletarum, aliorumque in agone contendantium, Christo auspice exhibetur. Fuit quidem in antiqua item lege, apertum certantibus stadium, & propofita corona. Sic enim Daudem Athletam, insigniter describit Chrysostomus hom. 1. de Daudie & San-  
cte. Et ipsum quoque Adamum, nudum in Paradiso velut in stadio athletam, fusile, con-  
stitutum, sanctus Nilus in Aelictico auctor est. Tamen stadium quidem longe actius erat, non ad tantam virutem excitatis homi-  
nibus, ut nunc excitamus: nec tepolio præmio, nisi terreno, ut Philosophatus Ili-  
dorus Pelus. libro 4. Epistola 204. nunc autem per Christum, & stadium amplius ac prolixius est apertum, & corona glorie præstata. Et idem olim in fine vita, tanguam ex-  
aco certamine, cadaver Christiani profunde-  
batur oleo, sicut in primo Christiana vita  
scammate, factum fuerat. [Defuncto, (in-  
quit sancto) Dionysius cap. 7. Hierar. Eccles.  
parte 3.) infundit oleum Pontifex. Memento  
autem ut in prima sancte regeneratione ante  
sacrum baptisma, prima sancti Symboli parti-  
cipatio traditur initando, post priorem omnem  
abiectionem vestem, sancti chrismales oleum: &  
nunc in fine omnium defuncto itidem infun-  
ditur oleum. Atque tunc quidem olet vntio,  
baptizandum euocabat ad facta certamina:

nunc autem infusum oleum, signat  
eum qui defunctus est, ca-  
dem sacra exigitur certa-  
mina, siue fusile  
consumma-  
tum.]

Varia

Varij fidelium agones, sub Christo  
Agonotheta.

1102 Sumus igitur omnes athletæ & agnoscimus. En quo schema & Christum, & nos, ac vitam nostram exhibeat Clemens Alexandrinus 7. Strom. capit. 2. [Hic est verus athleta, qui in magno stadio, nempe pulchro hoc mundo, coronatur, veram assecutus victorianum aduersus omnes animi perturbationes. Nam & Agonotheta est omnipotens Deus, & qui bravia seu præmia distribuit, est vngeneritus Dei filius. Spectatores autem sunt Angeli & Dii, variisque & ex omni genere pugnae certamen, non est aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus spiritales potestates, quæ per carnem operantur vehementes viciorū & affectionum motus. His magnis superatis certaminibus, & veluti prostrato imminentे tentatore, potius est immortalitate. Falli enim non potest. Dei sententia in iustissimo iudicio. Ac vocatum quidem est theatrum ad certamen. In stadio autem decantat athleta. Et ex his vitiis que superat qui alijs parerit.]

Quod variū, & ex omni genere pugnae certamen, exhiberi a Christo dicit, pertinet ad Iudorum Gymnicorum varietatem, de qua plenè qui Gymnasticam & agnoscit trididerant, Mercurialis, & Faber. Nos obiter in Tractatione de Virtutib. 6. cap. 1. sub finem. Et quāmūs ratio illo & omni pugnae genere constante certamina, iuxta Clementem, Scriptura plerūque certare nos dicat; nunc curlorum, nunc saltatorum, mox pugilum, athletarum, aliisque præterea certatorum denominationibus nos insigniat, quæ omnes in Christum ludi præfectum refunduntur: Tamen hoc loco, de athleticis tantum & aurgis, qui in circa certabant, ac Christo præside virtutumque, dicimusne in immensum fundatur oratio.

Athistarum varietatem, paucis perfrinxit S. Ambrosius in Psal. 36. & in Scripturis vñpurti, nobisque accommodat, sic demonstrat: [Cognovimus atates pro fide & deuotione certantes, cognoscamus etiam genera certaminum singularium. Hæc quoque Scriptura nos doceat tenor. In hoc itaque seculari agone, alijs sunt qui simplici quodam & legitimo genere luctantur, & ligaturis tantum corporis certant, verberare non norunt, qui palestia vocantur. Alij qui cædem, & pulueris iactum, membrorum nexibus miscent, omni fibi verberandi iure permisso: quos παυακούει, vocant, eo quod omnis litis & pugnae aduersum se habeant potestatem. Alij qui celestibus aduersum se decurrent, & dilaceratis capitibus evanescuntur. Hi πύει, feruntur. Hæc omnia certamina subiit Paulus Apostolus; sicut ipse demonstrat, cum dicit, Quoniam non est nobis pale aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & potestates, & ut compendio viras, & aduersus nequitias spiritales. In Latinis plerique collubatio reperitur; in Graecis omnibus πάντα, scribunt, πάντα, enim Graecorum, lucta est Latinorum. Et verè pale, quia caro & sanguis & nequitias spiritales, patientia & continentia corporis, & animi moderatione superantur. In furore cædes, arma sunt Diaboli. Alibi quoque plagiis supra modum causum se esse significat dicens. In plagiis supra mo-

Theoph. Raynandi de Attrib. Christi.

dum, in mortibus frequenter; Hierosolymis autem pugnis se esse percutiū: ubi cum interuenientibus militibus aliquando cœlassent Iudei percuteret Paulum, ipse Pontifex Ananas circumstantibus iussit percutere os eius: cui respondit Apostolus. Percuter te incipiet Deus, patres dealbate. Et insedens iudicauit me secundum legem, & contra legem inibz me percurri. Sciat profectè referre, qui graniori pugno Pontificem repercellit. Ipse enim corporaliter casus est: illi retulit quod in animam percuteretur a Christo. In prima quoque Epistola ad Corinthios scribens, ait. Ego i'giur sic curro, non ut in incertum: sic enim, non ut æra cedens. Quod Latinè dixit, enīt: Graecè ait τούτῳ. Et verè quasi bonus pugna, non æternum, sed æterna potestates, & Iudeorum capita verberabat, quia caput omnium, Iesum Dominum non habebant. In omni itaque certamine, Apostolus est probatus, qui etiam coronam curu consummato accepit.]

1103 Aldelmus quoque lib. de laude Virginis, cap. 1. ex Apostolo, quem Christi nominis, celeberrimum gerulum appellat, agones Christianos ad exemplum Gymnicorum compitos exhibet; sed vno membro auctiores, ait enim, [Gratia filias, (animas pias quas alloquitur,) velut sagaces Gymnosophylas sub purissimo quadam Agonotheta palatricis disciplinis & gymnicis artibus in gymnasio exercere. Qui laborosi certaminis coronam, & olympiaci agoni triumphant, difficilimis propria exercitationis viribus, naviter nanciscuntur. Ita duntaxat, ut alijs strenua athletarum luctamina cum æmulo simois laterum flexibus desudans, in meditullio scommatis flagrante delibutus, lucti liquoris natu, solerter exercere studet. Alius faculorum catapultas, & sagittarum spicula, de abstrusis pharetræ latibus deponens, non ut passius laetius oculorum obtutus liberè per æthera relaxat: sed ut certus pupillarum conspectus demonstrat, pando strepente arcu, & neruo stridente ad declinatum indeclinabiliter dirigit locum. Alius anhelantium in studio curfutum plantis fidens perniciibus, de quibus egregius agonista, & diuini sermonis dogmatista, Omnes, (inquit,) currunt, omnis tam accipi brauim; turmas ludi participer & laboris confortes superans, victoria palma fortunatus feliciter perficitur. Alius cum catena contribulatum phalerato vectus cornu pede, quem calcaribus cruentatum, & flagris calum, aureis comit ornamenta lupatis. De quo facetus Poëta: Quadrupedante parvem, curva quatuor unguia campanam. Perniciter implieans orbes orbibus, spacia terrarum metit. Alius classis nautarum cohortibus stipatis, & dentis nauigantium agminibus circumseptus, per vitreas Oceani gurgites agens Liburnicam, aut lntrem, instanter horante proreta, & crepitante nauelero, portulico spumosis algofiliisque remorum tractibus tradit. Et quidem viuensla hæc quæ per Gymnosophylas exerceri deponimus, inter scholares secularium disciplinas apud vestri discipulatus industriam, non exterioris hominis motibus aguntur, sed interioris hominis geruntur gestibus. ] Obiter aduerte Aldelnum semel & iterum, in loco allegato, sumere Gymnosophylam pro Gymnico, ut posse loquitur. Verisimile est actum in fraudem, a proportionalibus

EE 2 vniusque

vtrinque vocis inijs. Sed quomodo cunque locutus sit Adelmus, de re constat. Nimirum liquet, eum agones Christianos, in expressionem agorum secularium, exhibitos, agnoscere. Hæc à le Apostoli imitatione 1. Cor. 9, prolatæ, mox subiicit idem Adelmus.

Similia de Apostolo prædicta certamina inuenit. S. Basilius homil. in illud, *attende tibi*, & alij infra adducunt. Quod fecit Apostolus, pugil simul & præco, contra quām in mundi certamine contingit, ut notat Isidor. Pelus. l. 3. Epistol. 265. faciunt etiam Christiani omnes. Nam æquè omnes, à Christo sacrorum munerum editore, in hoc sciamma producimur, idque ex inunctione adhibite baptizatis, egregiè colligunt S. Dyonisius cap. 2. de Eccles. hierarch. p. 3. sub finem. [Diuinus Pontifex (inquit,) sacra vocationis inchoato munus. Sacerdotes autem post ipsum, vocationis officium peragunt; ita inunctum ad sacra certamina in figura euocantes, in quibus sub edito munerum Christo, constitutus est. Ipse enim certantibus præmia proponit ut Deus, leges autem certaminis tulit ut Sapiens, præmiaque vincentibus decora constituit ipse pulcherrimus: & quod est profectus diuinus, ipse ut summe bonus & clemens, in suis bellatoribus vincit, dum in illis habitans, pro ipsorum salute, ad victoria aduersus mortis & corruptionis imperium pugnat. Certamina quidem ut diuina, is qui initiatu, aggreditur gaudens, perseuerabitque in Sapientis sacraffissimis legibus, earumque ure vivens, sine villa eum præuaricatione pugnabit, præmiorum cœlestium spe firmissime felix, & sub præstantissimo certaminis Domino ad duce constitutus; innitens autem sacræ vestigiis primoris athletæ, quæ ille sola bonitate calcavit, Dei imitatione pugnando, actiones & substantias, sibi ne in Deum transeat, aduersantes, deuinicit a superat. ]

*Nulla conditio, aut etas, à Christi agoni-  
bus exclusa.*

1104 Itaque absunt ab his certaminibus, ex probationum varietates, quæ legitimè in mundi agone certaturis erant necessariae, de quibus Themistius orat. 1. Et quando huic loco aptiores sunt Patres, Chrysostom. 17. in ad Hebr. in morali, & Tomo 5. Græcol. sermo. 48. sub finem, & hom. 1. de Machab. & hom. 21. ad pop. & luculentem C. Iulianus l. 5. Inst. cap. 12. verbis illis. [In illis certaminibus, quæ secundum eundem Apostolum, corruptibilem coronam vincentibus parant, mos iste seruatur, ut is qui se ad gloriosam coronam & immunitatis privilegio decoratam præparare contendit, & perficit a caput agones subite certamina, prius in Olympiacis ac Pythiis certaminibus indolem sua iuuentus ac rudimentorum robur ostenter. In his siquidem iuniores, qui has disciplinas cupiunt profiteri, vtrum mereantur, vel debeant ad eas admitti, tam eius qui istis certaminibus præsident, quām totius populi iudicio comprobantur. Cūmque diligenter examinatus quis, primū repertus fuerit nulla vita resperitus infamia, deinde non seruitutis iugo ignobilis, & ob hoc indignus disciplina, vel congressu eorum qui hanc profitantur, fuerit iudicatus; tertid si artis, & fortitudinis digna

præferat documenta, & junioribus coevisque decertans, peritiam pariter ac virtutem suæ demonstrauerit inuentus, ac proficiens de ephorum lucretamine, perfectis iam virtis & experientia longa probatis, congregi petimus furet præsidentis examine, quæ non solum param virtuti eorum assidua collectiōne pabuerit, verum etiam frequenter inter hos quoque victoria palmarum fuerit confeccus: tunc demum ad agonis præclara certamina mercatur peruenire, in quibus non nisi victoribus tantum, & his qui multatum coronarum fidei decortati sunt, facultas conceditur decertandi.]

Nihil ei modo, ad Christi certamina præexistit. Omnes ad ea idonei, omnes apti habentur, nullo statu respectu, nullo conditionis. Nulla etas ab his certaminibus Christianorum eximitur. Erant in antiquis agobus, tia (pro statibus,) Athletatum genera, ait S. Ambrosius in Psalm. 36. cæque omnia in suis exprimi voluit Christus, agobus nostri principes. Quo idem S. P. Apostolum adducit. Rom. 3. sic ex eo ratiocinatus. [Vt inam quidem ineluctabili & insuperabilis si Christi athleta, & in omni etate, in omni victutum genere gloriolus, sicut ille ait, sed in omnibus superamus, propter eum qui nos dilexit. Quid est in omnibus? Sunt athlete qui vocentur pueri, ephebi, viri hoc est, adhuc, adhuc, viri. Etiam Scriptura, has in lucretiibus noviæ etates.] Excurrit in varia Setipras, quibus pueri, & adolescentes, & viri, sub Christo & pro Christo certantes, exhibentur. Imo quod est admirabilius, nec dum natos aliquos, certasse hec certamina docet inferius, verbis illis. [Habet & Christus, qui in pueri aui matros vicerit: ut Daniel puer Spiritu validis Senioris illos redarguit Iudeorum, & de victoria iure deicit in mortem. Habet & alios qui præficiam nascetur, in matris ventre lucrat sunt: Denique Iacob fratrem supplantavit Esau, & malum vicit, atque ita de veteri matris exiit, ut victoria insigne monstraret, & pedem senioris degeneris, victor inuerteret. Hieremias in vilia matris sanctificatus est, & probatus. Iohannes Baptista, principem agonis humani, præmio remque lucentium, necdum natus venisse cognovit, atque in vtero matris exiliens, pia bracium confessionis emeruit. Recepit iam tune designatus est ad coronam, qui ante omnes ad Christi agonen, fidei testis & præco, virtutis sue normam obtulerat. Bonus præco, qui ad certamen alios excitabat. Et Verè bonus præco, qui tam magna voce clamauit, ut ad eum sonum, secreta cœlestia resulstant. Quid multa? Terram mouit, cœlum impluit. Ideoque vox non men accepit, quia Verbum Dei vox sacra p. cessit.]

*Negque ullus item sexus.*

1105 Nullum quoque sexum, Christus acri à suis certaminibus voluit. Probro quidem olim maximo, datum est Platoni, quod mulieres exerceri in gymnastica, & quæ ac viros volunt; ut dicit id: iico Theodoretus lib. 9. de legibus, non fuisse qui ea audiret, & continuo non irriteret. At in Christi certaminibus, quia sunt animorum qui idem in virtute sexu sunt, & mulieres, & pueri, ad certandum

æquæ

admittuntur. Inculcat id variis locis S. Chrysostomus, sed sat erit locus ex initio laudationis magni Ignatij. In certaminibus (inquit.) externis, quia labores sunt corporum, merito virti tantum admittuntur. Hic autem quoniam totum certamen ad animum spectat, utriusque sexu stadium aperitur. Utique generi confident spectatores. Nec viri tantum accingunt se, ne ad naturae infirmitatem foeminae configentes, probabilem habere videantur excusationem. Nec sola foemina se fortiter gerunt, ne virorum genus robore perfundant. Sed & hinc, & inde, multi publicantur viatores, & coronas assequuntur. Ut ex ipsis operibus intelligas, in Christo Iesu, neque malculum, neque foemina, nec sexum, nec corporis imbecillitatem, neque aetatem, nec aliud quicquam huiusmodi, pietatis curum conscientibus, impedimentum afferre posse, modò generosa alacritas, & promptus animus, & Dei timor ardens; atque inflammatus, in cordibus nostris radices erigit. Idecirò & Virgines pueræ, & viri, & iuvenes, & senes, & servi, & liberi, & omnis ordo, atque a tas omnis, & sexus uterque, ad hæc certamina accinguntur, nec ulli omnino sua frustrantur spe, qui strenuum animi propitius, ad has pugnas attulerint. ] Sed & S. Cyprianus lib. de lapsis celebrat. SS. foeminas que cum triumphantibus viris venientes, & seculum, & sexum quoque vicecentur.

Quare Tertullianus lib. ad Martyres cap. 3. multa ad viros in carcere pro Christo detentos prolocutus, conuersa ad SS. foeminas ibidem conclusa oratione, omnem ab eis athleticam disciplinam, & labores, ac tolerantiam, non secus ac à viris depositos, ait. [Proinde vos benedictæ, quodcumque hoc durum est, ad exercitationem virtutum animi & corporis deputate. Bonum agonem subiungite estis, in quo Agonothetes Deus viuis est: Xipharchus Spiritus sanctus, corona aeternitatis, brauium, Angelica substantia, politia in celis, gloria in secula seculorum. Itaque Epistles vester Christus Iesus, qui vos spiritu vixit, & ad hoc sciam produxit, voluit vos ante diem agonis, ad diutinem tractationem, & liberiore conditione seponere, vt vires corroborarentur in vobis. Nempe enim & athletæ legantur ad strictorem disciplinam, ut robori adificando vacent, continentur à luxuria, à cibis latioribus, à potu incundire. Coguntur, cruciantur, fatigantur, quanto plus in exercitationibus laboraerint; tanto plus de victoria sperant. Et illi, (inquit Apostolus, ) ut coronam corruptibilem consequantur. Nos aeternam consecuturi, carcerem nobis pro palestra interpretarum, vt ad stadium tribunalum bene exercitati incommodis omnibus producanur, quia virtus duritia extruitur, mollitia vero destruitur.]

Proportionales, Christi ac seculi Athletarum, ad certamen aptationes, per durationem, tractationem duriorrem, continentiam.

1106 Vides, quomodo Christi athletas quoscumque, ad pugnam preparari dicat Tertullianus: videlicet ad instar Athletarum seculi, vnitacione, duriore tractatione, continentia. Vnctio-

nis causa nudabantur omnino, siveque nudi certabant. Tantum, veteres athletæ, Accinctis subligaculis ( vt ait Clemens Alex. 3. paedagogi cap. 5.) seruabant vescundiam, vitum nudum ostendere erubescentes. Postra tamen indui quoque certarunt, sed quod de sui temporis athletaribus restat. S. Chrysostomus hom. 8. in 1. ad Timo. ad finem, vestem oleo madidam inducunt, vt olei lubricitate, difficulter ab aduerario prehendi, ac retineti possent. Hoc in spirituali athletæ, iuxta Chrysologum serm. 28. pertinet ad returnum omnium externarum abdicationem; sive eff. Etū & re ipsa, qualem faciunt renunciantes, sive effectu. Qua ratione, omnes Christiani etiam diuinitatis abundant, effectum tamen ab eis arbitratum & aulsum habere debent, ne si eis inhereant, cum iisdem pertinent, facilèque sit collictatori, per ea quibus adhaerent, prehendere illos atque deinceps. Iudiciorum Pelufoita lib. 2. Epist. 161. paulò aliter, sed non minus ad rem nostram, de ea nudatione philosophatur. [Etiam si nobis (inquit,) aduersus carnem & anguinem colluctatio non est, at ab his tamen qui aduersus carnem & sanguinem luctantur, palestræ leges edocent. Quemadmodum igitur illi, non modò exutis vestibus, ( certandi enim principium est vestes deponere, ) verum etiam detonata coma, corporeque oleo delubito, (vt nec crinibus prehendantur, ac per oleum lubricas aduersari manus reddant, ita demum in certamen progradientur; ad eundem nos quoque modum, si coronant referre cupimus, exuto veteri horine vñā cum ipsis actionibus, præcisique atque in elemosynis infumpatis rebus exercitis, omni cura nudi, ac vestitu carentes, ad virtutis stadium ascendum, vt Olympicum de anima certamen obeamus. Quod si nihil horum facientes, certare nobis videamur, atque hoc nomine glorierur, primum quidem hæc quoque à prudentibus, viris ridebimus: postea autem illuc etiam certò comprememus, nos à nobisipsis delusos ac circumscriptos fuisse: cum videlicet, non modò coronæ expertes, erimus, verum etiam ad luctandas peccatas abducemus. ] Nuditas ergo in Christi Athletis est necessaria, vt vñctionem à Sancto accipiant, per quam aptentur & disponantur ad certandum. Inunctum vt in athleticis, S. Ioannem in matris utero, perbellè exhibet Origenes hom. 9. in Lue. Nōsque omnes, quomodo per baptisnum in athletas vngamur, scitè Philippus. Abbas 1. in Cantica. 1. 2.

Tractatio durior athletarum, non in iis tantum quæ ex Tertulliano retuli, sed & in aliis plerisque sita fuit. Gulam & satutatem coetuisse athletas, nec inebriari eis licuisse, prodit S. Chrysostomus hom. 23. in 1. ad Corinth. Citharizare aut inflate tibias, ad certamen se paranti, fas non erat, vt obleruat S. Basilius delectib. Gentil. qui hæc addit. [Quoniam vero coronarunt, atque athletatum memini; illi mille supra mille patientes labores, & multis modis robur ac vires sibi comparantes, multumque in Gymnicis sudantes exercitationibus, plures insuper plagas ex pædotribis accipientes, dietamque non iucundam, sed Gymnasticam subeantes, & alia per quam multa (ne per omnia discurrat, ) sustinentes, sanè ostendunt, vt omnis fecerit vita ante certamen, sit certaminis exercitatio, pæparatioque. Tunc demum probè instru-

EEEc 3. 51.

Et ad stadium procedunt, vbi & laborant rursum, & maximè periclitantur, ut oleastri, aut apij, seu cuiusvis alterius frondis coronam accipiunt, ut à precone victores declarentur. ] Iubebantur non comedere more gulorum, & citi absu- mere escas: sed lenie ac ritè eibum commone- re, ex Philone. l. i. Allegor, hæc omnis imboni- tas, (ut cum Tertulliano supra loqueretur) in Chri- sti athletis est perspicua.

De continentia athletarum, multa notaui lib. 6. de virtut. num. 169. ut mindus mīrum sit, Christianis Athletis parem indici. Cassianus hortantem nos inde Apostolum, sic inducit 6. de Instit. cap. 7. [ Audi quid dicat Apostolus; *Omnis qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet.* A quibus omnibus dixerit, inquiramus, ut possit nobis spiritualis agonis instruatio, compa- ratione carnalis acquiri. Illi etenim qui in ago- ne visibili student legitimè decertare, videnti omnibus escis quas desiderij libido suggesterit, non habent facultatem, sed illis tantum quas eorumdem certaminum statu disciplina. Et non solum interdictis eleis, & ebrietate, om- nique crapula eos necesse est abstinere; verum etiam cuncta inertia, otio atque desidia, ut quo- diianis exercitii, iugique meditatione, virtus eorum possit accrescere. Et ita ab omni sollici- tudine ac tristitia, negotiisque secularibus, af- fectu etiam & opere coningali efficiuntur alieni, ut præter exercitium disciplinae, nihil aliud noverint, nec vlli mundi cura penitus impli- centur: ab eo tantum qui certamini præsider, sperantes quocidlani vicitus substantiam, & cor- ronæ gloriam condignaque præmia, victoria laude conqñstare. Atque in tantum se mundos ab omni coitus pollutione custodiunt, ut cum se preparant ad agorum certamina, ne qua for- sitam per somnum nocturna delusi fallacia, vi- res inuianu multo tempore conquisitas, lami- nis plumbeis tenui contegane loca; quo scilicet metalli rigore genitalibus membris applicito, obscuros humores valeant inhibe- re: intelligentes se proculdubio esse vincen- dos, nec iam posse propositum certamen adem- pus viribus adimplere, si prouisam pudicitia soliditatem, fallax noxii voluptatis imago corruperit. Itaque si agonis mundialis intel- leximus disciplinam, cuius exemplo Beatus Apostolus nos vultu eridere, docens quanta in illa sit obseruatio, quanta diligentia, quanta custodia; quod nos concueret facere: qua pu- ritate oportebit custodie nostri corporis atque animæ castitatem? ] Eodem refert lib. 5. eiusdem operis cap. 19. quod nullum suis athletis iustitiam, nullam quietam Christus concedat in- tentefcant & mollescant.

*Prerogativa prima Athletarum Christi, quod ipse eis collectetur, & in eis pugnet.*

1107 Nec sile ad certamen aptatos, des- titipse Agonothetes; aut quod seculi agorum præsidibus vnum licuit, solo aspectu, aut adhortatione animar ad certamen. Sed pugnat ipse- met, & certat in illis. Non ago de certamine & colluctatione, qua Christus per seipsum cum Satana colluctatus est. Describit eam luctam, Abucata toto Opusculo 7. & recte contra Iaco-

bis Hereticos ab Deitate sola, itemque con- tra Nestorianos a sola humanitate à Verbo di- nullsa, initam negat. Sed vt addit. [ Deus Ver- bus assumpta natura humanitas perfecta, & liberis eius voluntate, & sensibus, & na- turalibus potentiis omnibus conuenienter na- turæ, & vt oportebat, ac secundum voluntatem Dei: aque ita vicit Diabolus, non opprimita & suppeditata in lactatione, divina virtute & am- pliori, quam naturali, sed vt decebat Deum, & legem, vlos naturalibus, & omnibus natura- partibus, & potentias, & organicas sic compo- sitis, sic conueniebat, vt mensura humanitas posulabat, atque ita vicit & ostendit naturam viæticem, & naturæ deinceps, victoria & iusti- ficatio attribuitur. ] Cane, quod ait, Deum in hac lucta non apostulisse, aut suppeditasse di- nam virtutem, & ampliorem quam naturalem, id accipias de natura omnibus gratia suppeti- nata: Sic enim actus Christi colluctans, fuissent merita naturales, & vacillant mentio. Sensus ergo duntaxat est, naturam humanam Christi, etiisque actiones verè humanas, & sem- per fuisse intra mensuram creataem, nec exas- si in diuinam naturam, quod aliqui Heretici sunt fabulati, sed diuinitus adiutum, quemadmodum & nostra quoque iuntur, edidisse super- naturales actus, quibus obstatu Statu, cumque deuicit, ut sub nobis quoque fieret, & Dia- bolus de natura nostra vincereetur, iuxta S. Aug. 1. de agone Christi. c. 1.

Egregie de ea Christi colluctatione S. Am- brosius in Psal. 40. ad illud, *Verbi in infir- mitate eius*, his præter cetera, [Habent hoc lu- catores, ut se subficiens iis quibus conge- diuntur atque luctantur, ut opprimit posse vi- deantur, & subito cum afflantur eis, que- dam arte se versant, & effundant superiorum. Cadit qui portabatur: & is qui portabat, su- perior inuenitur, ut sternet virginem. Spiritualiter itaque palæstra, Dominus Iesus onera nostra solvens, in illa se passionis sua congesione subiecit, & in infirmitatis specie, ut eum adver- sariorum hominem parentem extensus iudicaret, quem facile posset opprimere: diuinatus arma depo- suit, humanitas tegmen afflans. Secundus vi- citoria, propius tentator accessit. In costa cum telo militis vultu vulnerari, reputans & tunc, sicut Adam, per costam posse prosterri. Sed vul- neratus latere Dominus Iesus, vitam produxit & vulnere, enaucauit omne peccatum, delect aduerfariorum, cui mortem latronis eripuit; & in illa morte, in illa sui corporis sepulture, cum æstimaretur eis, sua se virtute veritatem: ecclia aduersarius, Dominus resurrexit.]

1108 Quamvis autem hæc Christi per- ipsum colluctatio cum Satana, non parum Christianis athletis contulerit, dum exemplo Christi animantur atque firmantur: nunc tamen spe- ciam proposui eam colluctationem, quam Christus non per seipsum, sed nobiscum obit, certans in nobis. [ Ante oculos habens (ait S. Chrysostom. de mil. Spirit.) pro te in pa- fitione prælio dimicantem Christum, scens quia propter te, & Christus in illo agone versabatur, & tui per ipsum, agonis ipsius vitor exiit. ] Idem homil. 1. de Religione Et. [ In Olympiis ce- taminiibus, athleta intra stadium certat, Magis- ter autem iudicis confidens, sermonibus afferit auxilium, etenimque certamem dumtaxat iugum

iuat, quatenus acclamationibus, sermonibusque valet: Neque enim illa ei lege permittitur, pro- pius assistere, & manibus illum adiuuare. At se- cùs res habent in pietatis certaminibus.]

Idem fuit aliorum quoque Patrum sensus, è quibus nonnullos tantùm produco. S. Augustini serm. 105, de Tempore in fine. [Aduiuat certantem, qui certamen indixit. Non te sic spectat Deus in agone certantem, vt populas aurigam. Clamare enim nouit, adiuuare non nouit. Cor- ronæ veniam parare potest, vites subministra- re non potest. Homo enim non Deus. Et fortè dum spectat, plus laborat sedēndō, quā ille lu- stāndo. Deus quando spectat certatores suos, adiuuat eos inuocantes. Nam vox athletæ ipsius est in Psalmo; *Si dicebam, Motu est pes meus, misericordia tua, Domine, adiuuabat me.*]

Petrus Damiani serm. 39, qui est de S. Cassiano Martire. Post descripatam sacri pugilis pugnam, subdit. [Sed Christus in Martyle suo pugnabit, qui pugnandi vires administrabat. In eo solus ipse vincebat, qui illum inter certamina roborabat. Nam & tota vniuersalis Ecclesia virutum armis accincta, contra Diabolum, per totum mortalis vita huius excusum, in Christo dimicat: In Christo semper, non súa, sed eius virtute triumphant.] Ex Lucifero Calaritano, variisque aliis Patribus, Christum in suis Athle- tis certantem produxi p. 2. operis de Martyrio cap. 3, quibus addendus S. Leo serm. 7. de pass. cap. 5.

Rupertus lib. 6. de victoria verbi Dei cap. 24. hic aperat quod Danielis 3. habetur, de spe- cie quarti similis filio Dei, qui quisvis est in for- naci com tribus pueris, agone factum pro Deo certanibus. [Filius Dei, (inquit,) qui quartus apparuit in camino ignis, & filios Dei excelsi mirabiliter custodit; signum fui & in seru- ipsis signavit, quod facturus erat, iāque face- re ceperat filius Dei, verbum Dei. Quando enim defuji agoniabantibus seruis suis, propter ver- bum Dei? Hoc maximè futurum erat temporibus Euangeli fui, vt publicis edictis & proscriptionibus. Fidem sanctæ Trinitatis, impugnat Rex magnæ Babylonis Diabolus. Et ita fa- cium est Paganis Romani Imperij Regibus, Diabolo famulantibus. Nōne cum pīs Marti- tyribus, Filius Dei & in flaminis, & in ceteris agoniibus semper præsens fuit; Verbi gratia: ubi Martyr insignis Laurentius ignibus suppositus est pro Fide Filius Dei? nūquid qui affatus fuit, & super craticulam & super ignem Spiritum emisit, idcirco dicas, quia fuit abens, & ab igni- bus eius longè abstulit Filius Dei? Imo præsen- tor illi fuit, & gloriösus in eo triumphauit, quām si exūsset carbones, & ignitam craticulam eius, quia ventum rotis flantem fecisset. Transiit per ignem, & flamma illi non nocuit, & odor ignis in eo non fuit, quia Fides lefa non est; sīmō sicut autrum per ignem probata est. Sic animaduertimus in illa fornaci Babylonica, speciem quarti similis Filio Dei, quia sicut per speciem eius qui illuc apparuit, custodit fue- runt illi tres pueri; sic per inuisibilem præsen- tiam Filii Dei, illæsa permanit in sanctis Marti- tyribus Fides æternæ Trinitatis, & Romanum Imperium sonoriis atque dulciis, quām ille Rex Babylonis, tandem confiteri meruit Christum Filium Dei.] Sed & S. Ambrosius Epist. 72, eō refert quod Christus stare vilius sit san-

cto Stephano. [Stabat (inquit) Iesus; quasi aduo- catus: stabat quasi sollicitus, vt Stephanum athletam suam certantem iuaret. Stabat quasi paratus vt coronaret.]

Præiuit manifestè Apostolus Coloss. 1. La- boro certando, secundum operationem eius qui ope- ratur in me, in virtute. Et eodem sensu, vt acutè vidit Elspençus Tract. de mediatori cap. 13, ibidem ait, se supplere quæ deerant passionum Christi pro Ecclesia. Passiones enim Christi vo- cat, quas Christus in eo patiebatur; idest, quos ipse sustinebat fortiter, Christo adiuuante. Christo compugnante & concertante. Quomodo non spe bona compleantur sacri athletæ am- bigant ve de victoria, ni stet per ipso, desinque cælesti Epistolæ?

*Altera eorundem Christi Athletarum  
prærogatiua, vincere cedendo, &  
victos vincere.*

1109 Quin etiam casus interdum & de- iectio, per lubitum humanæ fragilitatis inter- ueniens, Christo proprio, & auxilice iuvar ad auctiorem victoriam, vel inimici prostratio- nem certiorum. Quod optimè attigit Isidorus Pelus. lib. 4. Epist. 138, vocans huiusmodi casum, *ablexum*, idipsum S. Ambrosius in Psal. 36, egrediè prosequitur, tractans illud, *in istu cum  
occideris, non collidetur*; Notat enim, casum il- lum, non derelinquente iustum Deo, proficere ad virtutem. [Etiam iustus (inquit,) cadit inter- dum: sed si iustus est, cum occiderit non conur- habitur. Quod conditionis est, cadit; quod iusti- tiae, refugit; quoniam iustum Deus non derelin- quit, sed *confirms manum eius*. Qua ratione non *pedem, sed manum dixit?* Nisi forte ea, quoniam qui cadit, non magis pede labitor, sed infirmus lubrico lāpe decipitur, vel offendit in petra. Hic autem iusti calum intellige, idest fortioris. Denique de populo, qui luēatur, si genu fixe- rit, vel pede lapsus fuerit, pro viato habetur. Athleta qui luētanti peritiam habet, & ad co- tonam luētatur, etiam volens genu figit, vt vin- cat. Et si lapsus fuerit, non excluditur: & si ab eo qui superior sit, prematur, manibus tamen se sustinens, iure decerat: nec auferatur brauum, nisi fuerit fatus in ventrem, aut distensum vin- culo lacertorum. Inde oriuntur crebra certamina, quia multa & incognita plerisque sunt ge- nera ruinarum. Nam casus eos, propriè appellant ruinam, Græcè enim *πτωμα*, nuncupantur. Er- go cum stringitur & virgetur, sāpe se volvit, & fit suprà, qui inferior habebatur, superiorē- que dum surgit, elidit: quod videtur scriptura si- gnificare cum dicit; *Vniversum stratum versasti  
in infirmitate eius*. Itaque de eo dicitur. *Cum ce- ciderit bonus athleta, non conurbabitur*. Pleri- que enim volvunt tenerio, quo maturius vni- cant, qui de arte præsumunt. Sed etiam si assignatus, (vt ipso verbo vtar,) & primò & secundò fuerit non excluditur: licet ei interdum repara- re luētamen, & vincere sāpē contingit, & cede- re eum qui secunda contentione superauerit. Ita ergo etiam iustus, etiū offendiculum incur- rit & ceciderit, non relinquit tamen studium deuotionis & fidei, sobrietatem tenet, peniten- tiā gerat, *apè reparat.*]

Subdit de solo Christo, in certaminibus im- pulsō,

patinaud  
pulso, sed non subuerso, & omnes alios athletas suscipiente, orat que ut omnes incluſtabiles sint & insuperabiles; veruntamen si corrulant, ne avertantur auctoritate impudenti. Ita enim in Scripturis notam obierunt eorum auctoritatem, qui cum cedent, non resurgent. Aperiē potrō ex loco S. Ambrosius profecit ex Origene hom. 4. in psalmum illum 36. v. & in reliquis qua lupta co ipso D. Ambroſio adiuximus. Ex hoc ergo capite, Christianorum athletarum sub Christo agonotheta, longe potior est conditio, quam mundanorum olim erat; cum fas sit Christianis athletis, de caſu surgere fortiores, & nulla allidi deiectione, sed reparari, & aduersarium, concertante Christo, sterneſe.

1110 Est etiam ea ex parte, dispar, & tamen longe felicior conditio Christianorum athletarum praemundanis, quod vieti vincunt. Audi Chryſotomum hom. 22. in ad Rom. in mor. [E] Diabolis legibus est, male faciendo vincere. Propterea & in Olympicis certaminibus Diabolο confecratis, ad cum modum vincunt quorū illi decertant. In stadio verò Christi, non est ea certandi lex, sed omnino contraria. Hic enim non cum qui percutit, sed qui percutitur, coronare decretem est. Tale siquidem illius est stadium, ut contrario modo habeant quemque hic ordinata statutaque sunt: ita ut non solùm ipsa victoria, sed ipso etiam victoria modo fiat, quod maius habeat miraculum. Quando enim quae alibi fragili & deuictaque videntur, talia reduntur, ut ea ipsa victoriam parare deprehendantur, illud demum diuinæ virtutis, illud coeleste stadium, Angelorum illud theatum fuerit.

Magistro, subiicio discipulum, Isidorum P̄sotam lib. 3. Epist. 126. [Mundo sublimiorum ac terrenorum Rex, ē cælo idcirco venit, ut cœlestis vita symbola nobis afferet: quæ etiam in certamen proponit, olympico certamini proſsus aduerſum. Illi enim qui cœdit, ac ſuperat, coronam obtinet: hic autem qui cœdit, ac perfert, præconis voce celebratur. Illic qui vicissim ferit, hic qui alteram quoque maximam præbet, in Angelorum theatro prædicatur. Non enim vltione, sed patientia victoria pondeſatur. Noua enim hæc coronarum lex est: quoniam noua quoque certaminum ratio.]

Nec illa omittenda eſſet, ſanè insignis prærogatiua athletarum noſtrorum ſi veritate niteretur, quam his verbis tradit. Origenes hom. 15. in Iofue ſub finem. [Puto ſana quia sancti quique repugnantes aduersus illos incoerentes peccatorum ſpiritus, & vincentes eos, atque eorum vnumquemque ſuperantes, immixtum exercitum Dæmonum, & velut quāplurimos eorum interimant. Verbi cauſa, ut qui cœſte pudicēque viuendo ſotiationis ſpiritu ſuperauerit, non ultra fas sit illum ſpiritum, qui ab illo ſancto vietus eſt, impugnare iterum alium hominem: ſed ſicut illi ſpiritus, qui rogarunt Iē ūm ne in abysſum mittentur, quod nunc interim Dominus pro præſenti diſpensatione conſeffit: ita conſequens videtur, quod ſinguli quique nequam ſpiritus cum vineuntur a lanciis, vel in abysſum, vel in exteriōres tenebras, vel quo quisque ille locus eis dignus eſt, abducantur a iusto iudice Christo, agonis huius vita mortalium præſide. Et inde eſt quod plurimo

Dæmonum numero iam vieto, ad credulitatem gentes venire relaxantur, qui vique nullatenus ſiſtent, ſi integræ coram, ſicut prius fuerant legiones ſubſiſtent. Subſcribit huic doctrine Origenis creditus Anſelmuſ, reuera Gulielmuſ Couentriensiſ in Elucidario ſub finem. Sed latè refagatur Lenſaus lib. 7. de libert. Christ. cap. 12. Quinetiam Suares lib. 8. de Angelis cap. 17. num. 4. ne illud quidem verum eile admittit, quod ab Origene intentum ceter, nempe ſatanam ſemel viatum, impediti tentare, eandem perſonam de eodem viito. Sanè viros quaque pios, diu circa aliquid viuum moleſtiam à Satana paſſos, tandem ſuccubuſe nollas inducias ſtabiles præbent hosti, traditū in probatis Historiis. At eas iteratas aggrefſiones per alium Dæmonem contigilſe, nullo idoneo fundamen- tio inimiſi potest. Itaque acceſſio ita prærogatiua proposita Athletarum Chriti dimittenda eſt tanquam non ſatis ſubnixa.

Prærogatiua tercīa, ex corona im- marcescibili, omnibus communi.

At illa immensis ſpatiis auctior eſt, corona dimittenda, quod non pro marcescibili & corruptibili corona certabant, pro apio inquam, vel olea, aliisque huiusmodi præmī, quod ex nuda hominum imaginatione pretium caperent, meret derīſa ſunt a Diogene apud Dionem Chrysostomum oratione 9. Noſti verò pro corona quam Apoſtolus vocauit in- corruptiā, & aliis immarcescibili gloria corona. [Præmia virtutis (ait S. Chryſotomus hom. 1. in Matth. 5.) in hac diſiplina non ramus olea, nec corona oleastri foliis immixta, nec publicè in Pritaneo appetata coniua, nec aetæ ſtatue, nec imagines coloribus adumbrata, & ſtūola ita arque vaniſſima, ſed vita nullo vñquam fine claudenda, & filiorum Dei collata nobilitas, cūque Angelorum choris ſungenda latititia, & ante regalem thronum ſecuta præſentia, & perpetuum eſſe cum Christo. ] Quantuſe haec immarcescibili corona, illam compitile ſuperat.

Quid quod eam ipſam, mox ptureſentem & euāndam ſeculi athletarum coronam, vnuſ tan- tum accipit? Videsi Fabrum 1.1. Agonist. c. 24. ſicut & inter cufores qui in ſtadio currunt, omnes quidem currunt, ſed vnuſ accipit brauim. Secus verò accidit Christi athleti: nam omnes coronantur, ut Theodotetus 1. Cor. 9. optimè notauit. [Christus (ait S. Paulinus Epis- tola 2.) pro nobis pugnat, & vici in nobis qua cauſa dicendi Apoſtolo fuit; ſic currie, ut apprehendatis omnes: Quod in agone terreno conuicta eſt, vbi non potest lucta, niſi diſpari li- etantium forti finit, ut vnuſ gloria, alterius ignominia ſi: in Christo autem quia multi vnuſ ſunnis, omnes ut vnuſ currimus: & omniū confors ad vnuſ bonum curſus eſt: & ideo dicitur nobis, ſic currie, ut apprehendatis omnes. Qui ſciflura (ut idem ait) in corpore eſt non potest, cui caput Christus eſt, quem con- munem ſibi apicem, vna membrorum ſuorum compago comitatur. Quæ quoniam ſibi diſcrepare non poſſunt, curramus parites, ut appre- hendamus omnes, ſine aemulatione inuidie, can

cum æqualitate victoria: ut sicut in contentione currendo, labor Christi fumus: ita in perueniendi fine, Christi triumphus esse possumus.] Agnoscit planè S. Paulinus, prærogatiuam propositam, esse ex Apostoli mente. Non habet quidem Graecus Apostoli contextus 1. Cor. 9, illud *omnes*, quod hic adhibere vidisti S. Paulini. Recepit tamen illud expressit, quia ita fere mens Apostoli. Id quod S. Hieronymus Epistol. 28. quæ est ad Lucinum, manifestè demonstrat verbis illis. [Qui in stadio curunt, omnes quidem curunt, sed vnu accipi brauum. At contra de nobis dicitur. Sic currite ut apprehendatis. Non est inuidus Agonetheta noster, nec alterius palma, alteri parat ignominiam, omnes athletas suos, desiderat coronam. Aperte S. Hieronymus verbis indefinite possum, perinde vult accipi, ac si vnuersali adiumento nomine fuisse prolatum. Denique concertator seculatum athletarum, si vincat, coronatur: noster, hoc est Satanus, si vincat, luit & plectitur. Quam noltam præter cæteras prærogatiuam, super athletas seculi, benè expendit Chrysost. homil. ad Neophyto.

*Vñus doctrina multiplex, circa primum agonem propositum Certandum impigre, nec deficiendum semel cadendo.*

1112 Cum ergo tantæ sint Athletarum Christi, præ seculi luctatoribus prærogatiæ, mirum fore, tanta istos, tam aspera, pro re tantula; nec nisi vni obuentura sustinere: Christi vero athletas, proposito immortali, & æterni, ac supra omne præmium eminenti brauio, torpere, & aliquem in eo pte hendo labore, supra verum offerte: Terullianus scit in Scorpiano cap. 6. de secularibus athletis agens. { Ab ævo dignissimum creditum est studiorum experimentum, committere artes corporum, & vñus præficiunt expendere, præmio indice, spectaculo iudice, sententia volupte: qua nulla sunt prælia, nonnulla sunt vulnera, pugni qualiant, calces aviant, cæstus dilaniant, flagella dilacerant. Nemo tamen agonis præsidem fugilauerit, quod homines violentia obieceret iniuriarum actione extra stadii: sed quantum liuores illi & cruentus & vibices negotiantur intensis, coronas scilicet, & gloriam & dotem, præuilegia publica, stipenda civica, imagines, ita tuas, & qualcum potest præstare seculum de fama æternitatem, de memoria resurrectionem. Propterea ipse non queritur, dolere se non vult, corona premat vulnera, palma sanguinem obsecurat, plus vñctoratum est quam iniuriatum. Hunc tu læsum astimabis, quem vides læsum, sed nec vñctus ipse, de agonetheta, casum suum exprobabit.]

Par studium, ac etiam tanto maius, quanto auctor est corona, à suis athletis omni iure deposita noster agonetheta. S. Ambrosius egregiè lib. de Heliæ & ieiunio cap. 21. [Athlete sumus, in quadam stadio decernamus spiritali. Denique bonus athleta dicebat; *Faili sumus spectaculum huius mundi.* Et alibi; *Sic curro, non vi in incertum: sic enitor, non ut aërem cadens, sed cavigo corpus meum.* Et alibi; *Superiora obliuiscens, & que sunt priora appetens, ad destinatum sequor*. Theoph. Raynaudi de Attib. Christi.

brauum. Athletæ ergo sumus, legitimè certandum est. Multa certamina sunt, & qui hodie vietus est, cras se repater. Ante ad brauum contenditur, postea ad coronam. Numquid athleta otio vacat, cum semel dederit certamini nomen suum: Exercetur quotidie, vnguit quotidie. Ipse cibus ei agonicus datur, disciplina exigitur, castimonia custoditur. Et tu dedisti nomen tuum ad agenem Christi, subscrivisti ad competitionem coronæ, meditare, exercere, vngere oleo iunctu, vnguento exinanito. Cibus tuus, cibus sobieratis sit, nihil habeat intemperantia, nihil luxuria. Porus tuus parior, ne quid ebrietatis obrepatur, custodi corporis castimoniæ, ut possis esse habilis ad coronam, ne exsuffratio tua ostendat spectatoris affectum, ne te fautores tui negligenter videant & deferant. Spectant te Archangeli, & Portantes, & Dominationes & illa Angelorum multa milia. Sub tantis spectatoribus erubescere, considera quām decedorosum sit. Ingressus stadium pulvere rigor anima tua excita, lacertos excute. Progredi in sciamma, necesse est ut excutias puluerem, subeas a stiù solis flagrantiam. Grauis austerus, sed dulcis vñctio. Molesta caligo pulueris, sed præciola tolerantia. Nemo stadium puluerulentus ingreditur, sed puluerulentum reddunt certamini. Ibi colligitur puluis, ubi palma proponitur. Nemo interim inuidus coronatur; puluerulentum decet vñctio.]

1113 Quod si in vno agone, non steterit à nobis vñctio, nec coronari contigerit; at saltem in alio satagamus promereri coronam, ad quod Origenes hom. 4. in Psalmum 36. exemplo athletarum secularium adhortatur, his præter cetera. [Apostolus cur exempla palæstrici agonis assumpsit cum dixit; *Nemo coronatur, nisi qui legitimè certaverit*, nisi quia nos scire volebat legis certamina & agones, qui & de seipso ait; *Sic pugno non quasi aërem verberans.* Et item, *certamen bonum certavi.* Quia ergo certamen nobis est & agor propositus, etiam legis agonen nosse debemus. Sunt athletæ qui in omnibus certaminibus vincunt, & in omnibus coronantur. Inter pedas vincunt, inter agonios vincunt, inter andras vincunt. Alij vincuntur inter andras, sed coronantur inter agonios, non nunquam etiam inter andras vincunt. Ergo aliquanti semper, aliquanti secundò vel tertio coronantur. Certe miserum est, & vltima infelicitas, in omnibus agonen tam variis atque diuersis, ne vnam quidem promerei coronam. Ita ergo & Christianus, cui certamen est nos aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principatus & potestates & aduersus principes huius mundi, tenebrarum harum, aduersus spiritualia nequitia in celestibus, quum tantos habeat & tales aduersarios, tanquam agonista vigilare debet, si fieri potest; ut semper vincat quotiescumque conflixerit.] Quos vocat pedas, agones, & andras, illi ipsi sunt, quos S. Ambrosius ut suprà referebam vocavit pueros, ephebos, viros: complectunturque omnes atates, ad certamen proportionatum annis, admissos.

FF F f. 179. &c

179. & lib. 3. epist. 60. & lib. 1. epist. 4. ne tempora confundamus, & in tempore certaminum captemus quietem. Profecit ex Magistro, cuius illa sum hom. 5. in ad Heb. in *Moralis*. [Ne queramus remissionem. Christus enim afflictionem promisit suis discipulis. Et Paulus dicit. *Omnis qui per voluntatem vivere in Christo Iesu, persequitionem patientur. Nullus fortis Athlete, in certamine quererit lauacra, & mensam repletam cibis & vino.* Hoc non est Athlete, sed viri molis & effeminati. Nam athleta pugnat cum puluere, oleo, calore, radji, cum multo sudore, afflictione, & angustia certaminis. Hoc est tempus pugnandi. Ergo & vulnera accipiendi, & sanguinem effundendi, & dolendi. Audi quid dicat Beatus Paulus; *Sic pugno, non tanquam aërem verberans.* Existimemus totam vitam esse ad certamen constitutam, & nunquam queramus requiem. Nunquam si affligamur, aliquid noui & alieni nobis accidisse putabimus: siquidem neque pugil noui & alieni sibi putat accidisse, quando est in certamine. Aliud est tempus remissionis; per afflictionem, nos oportet perfici.]

*Damna segnium Athletarum; Imitandi nauis.*

1114 Quid quod professus athletam, nec impigré certans, non modò corona excedit, sed etiam flagella & damna sustinebit? Origenes hom. 3. in Iorem, pulchrè id exponit. Nec tamen debere inde athleta timorem fieri, sic docet. [Legi alicubi quālī Salvatōre dicente, & quātū fīe qui perfōrāta figurāta Salvatōris, fīe in memoriam adduxit, an verū sit hoc quod dicitum est. Ait autem ipsi Salvatōr: *Qui iuxta me est, iuxta ignem est: qui longè est à me, longè est a regno.* Vī enim qui iuxta me est, iuxta salutem est, ita & iuxta ignem est. Et qui audiens me, & andita pranaricās, fatus est vas ira preparatū in perditionē, cū iuxta me est, iuxta ignem est. Si verò quis cauens, quoniam qui iuxta me est, iuxta ignem est, longè fatus fuerit à me, me iuxta ignem sit, talis quidem longè fūrūs est & a regno. Et quomodo Athleta qui non est in agone cōscriptus, neq; flagella meruit neq; expectat coronā: qui autē sēmel nōmē professus est, si vīctus fuerit, verberatur atque proicitur, si verò vicevit, coronatur: eodem modo qui ingressus est Ecclesiā, (ō Cathecumene auscultā,) qui accedit ad sermonem Dei, nihil aliud quām cōscriptus est in certamine pīatīs: & cōscriptus si non legitimē certauerit, cōdītū flagellis, quibus non verberantur iij, qui non in principio cōscripti sunt. Si autem contendenter fortiter ad fugiēndā verbera & contumelias, non solum iniuria liberabitur, sed incorruptam gloriā accipiet coronam.]

Exprimēdī ergo imitatione nauis athlētā, cuiusmodi sanctū Paulūm hīs verbīs exprimīt sanctus Augustinus 14. Ciuit. capite nono. [Illiū optimum & fortissimum vitum, qui in suis infirmitatibus gloriatur, vt eum potissimum commōremus, qui in Ecclesiā Christi ex gentibus venimus. Doctorem Gentium in fide, & veritate, qui, & plus omnibus suis Coapostolis laborauit; & pluribus epistolis populos Dei, non eos tantū qui præsentes ab illo videbantur, verū etiam illos

qui futuri præuidebantur, instruit: illum, inquit, verūm Beatum Paulum, athletam Christum cum illo, gloriosum in illo, in theatro huius mundi, cui spectaculum factus est, & ne cītantem, & palmarū superērū vocationis spectant.]

Optimē Cassianus lib. 3. de infinit. cap. 18. [Apostolus colluētationis genus se vīcīle telatur, dicens: *Sic pugno, non quās aërem verberans, sed cōstīgo corpus meum, & seruū fabīca.* Quod propriā ad continentia labores, & corporale ieiunium, atque afflictionem carnis pertinet: Per hanc se pugnare quēdam strenuū suā carnis esse describens, nec in vanum aduersus eam iēsus continentia exercitū designans, sed triumphum pugna mortificatione sui corporis acquisisse: quo verberibus contīnētū cōfīgato, & cōstībus ieiuniorū clīo, vīctori spiritū immortalitatis coronam & incorruptionis cōnūlūtū palmarū. Vides legitimū colluētationis ordinem, & spiritalium certaminū contemplari euentum; quemadmodū athleta Christo adeptus de rebellarīe carne vīctorian, subiecta illa quodammodo pīdūs suis, vt sublimis triūphator inēbitur. Et idcirco non currit in incertum, quia confidet vībem sanctam Hierusalem cēlesteū se protīnūs ingressū. Sic pugnat, ieiunū scīlīt & afflictione carnali, non quās aërem verberans, idest, in vanū iēsus continentia pīgēns, per quos non aërem vacūm, sed illos spīritus qui in eo vīstant, cōfīgatione sui corporis verberabat. Qui enim dicit: *Non quās aërem verberans, ostendit se, tamētī non aërem vanū, & inānem, aliquos tamēn in aëre verberare.*] Ex Ambroſiū in Psal. 36. inīgnem in hanc tem locum suprā dēdi.

*Transītū ad priorem stādī agōnem, qui est equītū.*

1115 Alterū genus agōnis nostri, quod sub Christo agōnothētā inēdūm, & hīc attingēdūm proponebam, eorum est, qui in stadio currunt, sive singulārē equō insidētē currant, sive curruū agēt. Priorem currēndi agōnem, Ethnīcīs quoque frequentatū, vi vīdere est apud Bulēgetūm libro de Circo capite 56. notātē videtur sanctus Paulus cum de seipso dixit *bonum certamen certāvī, cursum consumāvī, sed seruāvī in reliquo, reposita est mībī corona inīstītā.* Ad quā verba, Autor Hypognostici apud Augūstīnū lib. 3. capite 8, inīgniter plānē pīlētūtū, quod Christī grātia, atq; adētō ipso Christū insidēt; hominēt regat, vt ad metā aēternā vītā & braūm felicitatis pīdūt. [Recētāmē arbitrō (atq; autē ille, post pīlētūtū pīdūtūm locū Apostoli, ) comparatīr liberū arbitriū iōmento: vīnde & dīctūt est, *velut inīmēmū fatus sum apud te, gratiam vītā lessōrī: quā si cū iumentū, animal vītācīsīmū, vt domēt ad opūs hominī nēcessātūm, de armento vītām apprechēdūt, & cīpīt pīr curam domītīsē, ad eius profīcētē voluntatē, ita & libērū arbitriū, quod vulneratū vītūt in homītē, grātia Dei apprechēdūtē de armento luxurīt, fēculīt.*

Paulus in hoc agone, qualis.

seculi, in quo sub pastore Diabolo vagabatur per incongruas voluntates. Pastorem Diabolum dixi, secundum Zachariam Prophetam, de eo dicentem; *O pastor & idolum!* Apprehenditur ergo gratia, ut dixi, ad domandum liberum arbitrium, ut & mala conuersationis deposita feritate humilietur, & ut ad obedientium in opus Domino necessarium corrigatur, & ita per eius semper curam, incipiat in Dei proficer voluntatem. Sicut enim iumentum illud dum in via dirigitur, seorsim manu regitur, ut iter rectum, siue leniter, seu cursum, secundum sedentis in se voluntatem possit incedere, quo aduersique ad locum perueniat destinatum, ita & liberum arbitrium; dum in via, id est, in Christo, (quia ipsa ait. *Ego sum via, veritas, & vita,*) cooperit esse; gratia regimini regitur, ut in fenis Domini, recto corde, siue patientia charitatis, siue feruente spiritu, id est, secundum diuisiones gratiarum spiritus, qui per gratiam diuidit singulis protivult, possit ambulare, quoad usque ad promissum regnum celorum perueniat. Ideo & in Psalmis ait, *Spiritus tuus bona dedecet me in terram rectam.* Et illud, cum aliquoties sub sefore, pastum largioribus cibariis, incumbens steno, cursum extollitur, seorsim flagello caditur, ut secundum eius ambulet voluntatem, similitet & liberum arbitrium, dum homo gratia Dei immemor in prosperis efficit, & tanquam de sui possibilite gloriatus extollitur, eius flagello corripitur, cum in variis tribulationibus & afflictionibus paululum subiugatur, ut humiliatus homo, in sua infirmitate de gratia recurrat auxilium. Sicut ergo homo sedens in iumento, cum petegerit quod incessit, dicit. Feci hodie (vt puta,) triginta millaria; cum illo sedente, iumentum curcitur triginta millaria, sed non ea cœcurrit, nisi a se sefore, tam directum in via, quam gubernatum fusset; recte ergo sefore quem gratia figurat, dicit, feci triginta millaria. Ipse enim fecit, qui iumentum facere fecit, & tamen utrisque labor itineris imputatur. Ita & gratia, & liberum arbitrium, pergit sine dubio iter huius liberum arbitrii, dum Christianus facit præcepta. Sed non, (vt suprà dixi,) sine gratia dirigitur vel gubernante, propter quod dicitur in Psalmis, *Dirige in conspectu tuo viam meam: Et a Domino gressus hominis dirigitur.*

Philo item l. 1. de vita Mosis, adolescentem Mosem, probè agentem suum equum, ita describit. [Egressus deinde puritatem, magis curam intendit, non ut quidam fræna laxans concepcionis, quamvis non decessum incitamenta plurima, que se libertum offerunt in Regum dominibus: sed sobrietate atque temperantia, tanquam habens quibusdam eas colubens, ne ferentur impetu nimio; atque ita singulos affectus suapte natuta impotentes & indomitos, cœcurabat quantum poterat. Quod si alicubi decessisset ab officio, vel offendisset nonnihil, seuerè a seipso pœnas exigebat: & in viuensum dabat operam, ut ad primos impetus animi resisteret, quasi contumacem æquum obseruans; nimium ne in iuio auriga ratione, cœsum plus fati accelerantes, confunderentur perturbarentque omnia. Ha sunt enim bonorum & malorum origines: Bonorum, si ratio teneat imperium: Contrarium, si affectus deducunt obedientiam. Merito igitur stupori erat omnibus familiaribus, tanquam nouum naturæ miraculum.]

Theoph. Raynandi de Attrib. Christi.

1116 Et hic quoque, Apostolum tanquam huius agonis ideam Christianis omnibus propositam, exhibet Cassianus l. 5. Instit. cap. 18. cum ait. [Apostolus agonem cuius se consumasse describit, cum dicit; *Sic curro, non quasi in incertum;* quod specialiter refertur ad intentionem mentis, & fervorem spiritus sui; quo, toto Christum sequebatur ardore, cum sponsa decantans: *Post te in odorem vnguentorum curremus,* & iterum: *Adhæsit anima mea post te.*] Et anteriori cap. 17. expendens locum ex 1. Cor. 9. quo Apostolus profitetur, se currere non quam in incertum. [Non currit (inquit, in incertum, qui obliuiscens posteriora, ad ea quæ priora sunt, extendit se, ad delinatum persequens brachium superinæ vocationis Dei in Christo Iesu: quo semper dirigens sua mentis obtutum, & ad eum omni cordis preparatione fluctuans, cum fiducia proclamat; *Bonum agorem certani, cursum confirmavi, fidem seruavi.* Et quia se nouerat, post odorem vnguentorum Christi, præpediti conscientia deuotione infatigabiliter cucurrit, cum fiducia inferi, & dicit; *De cæstro res posita est mihi corona iustitiae, quam reddet mihi Dominus in illa die iustus index.* Et ut nobis quoque similes retributio spem aperiret, si in agone cursus istius imitari eum velimus, adiecit; *Non solum autem mihi, sed & omnibus qui diligunt aduentum eius:* participes nos corona sue in die iudicij fore pronuntians, si diligentes aduentum Christi, non illum tantum qui etiam nolentibus apparebit, sed etiam hunc qui quotidie in sanctis commeat animabus, vicitorianam certaminis caligatione corporis acquiramus.]

Paulinus item exquisitè Epist. 2. Christus nobis magistrum dedit, quem imitatem habebat, per quem ad ipsius Domini imitationem peruenie possumus. Nam ipse me magister in aie stare, in stadio currere, in agone lucri docet, luidum faciens corpus suum, & quæ retro sunt, obliuiscens: & in priora se extendens: atque ita fundatus in petra, ut etiam in infirmitatibus gloriatur; & cum infirmatur, tunc potens sit, omnia potens (ut ipse profitetur,) in eo qui format nos, Christo, qui pro nobis pugnat, & vincit in nobis.]

Equi subfratio, &amp; ad equitatem instructio.

1117 Quomodo in sternendus equus noster ut Christus ei libens insidet, audi Ambrosium l. 9. in Lucam *ser. initio.* Apololi propria Christo vestimenta substernunt, quod factæ gloriam Euangelica prædicationis præferrent. In scriptis enim diuinis, plerumque vestimenta virtutes sunt, quæ gentium duritiam aliquantulum propriæ quoque virtute mollient, ut inoffensa vœtura felicis obsequia, sedulius affectibus exhibent. Non enim mundi Dominum, forensi specie gestari dorso asinæ delectauit; sed ut latente mysterio, penetralia nostra mentis insterneret, & in secretis animorum, intiore concepsu mysticum vœtor insideret, quasi quodam corpore diuinitatis infusus, regens mentis vestigia, laciuiam carnis infœnans, ut ducat pietatis, affuetum populi gentilis edomaret affectum. Felices illos qui talem internis renibus receperere victorem.

FFFF 2. Felices

Felices planè illos, quorum ora ne multiloquio soluerentur, verbi cœlesti habena restrinxit. Quæ est ista habena, fratres? Quis me doceat, quemadmodum ora hominum, aut restringat, aut soluat? Monstrauit mihi habenam ille qui dixit. *Ve deus nibi sermo in aperiōne oris mei.* Sermo ergo habena est, sermo stimulūs est; & idē durum est tibi aduersus stimulūs calces mittere. Docuit igitur hic nos aperire ora, stimulūs perpeti, iugum ducere. Doceat & alius linguae retinacula pati. Rarior enim tacendi virtus est, quam loquendi. Doceat planè illi, qui velut mutus, aduersus dolum non aperuit os suum, paratus in flagella, & verbera non recusans, ut esset pia sessio Dei. Disce à domestico Dei, gestare Christum, quoniam prius te ille gestabat, cum pastor errantem reduceret orem. Disce sedula mentis tuae dorsa substerne, disce esse sub Christo, ut possit esse supramundum. Non quicunque, facile vehit Christum; sed ille qui potest dicere. *Incurvatus & humiliatus sum nimis, rugiebam à gemitu cordis mei.*

De equo boni desiderij, & stramentis pie de notioris, sella circumspetionis, flagello de funiculis peccatorum, ac bonorum exemplorum calcaribus, quibus peccator fugit ad Deum, sed præ festinatione, onus prudenter fiteno, scitè S. Bernardus serm. 1. & 2. de pugna spirituāl: quæ dimicato quia sunt extra stadium, in quo versamur. Ut & quæ de quo ad salutem fallaci, passionibus inquam, differit Origenes homil. 15. in Iosue.

*Stadū agon posterior, qui aurigaram.*

1118 Perga ad posteriorem currentium in stadio agonem, qui est aurigaram, sive agitatorum. Et omnes quidem in nobis ipsi currum, & equos, & aurigam, vel infestorem à naturæ auctore datum nanciscimur, ut docet S. Cyprianus in calce libri de bono pudicitiae, his verbis. [Coërceat animus stimulos carnis: refranet impetum corporis. Acceptit enim hanc potestatem, ut illi ad imperium eius membra seruirent: & quasi legitimus ac perfectus auriga, ultra concessas corporis metas extollentes se carnis impetus, cœlestium præceptorum habens reflectat: ne vlt̄ terminos suos, currus iste corporis raptus, in periculum suum secum & ipsum rapiat aurigam.]

Idem fuscè prosequitur Philo 1. de Agricult. qui aurigationis illius, vel potius infestoris male obitæ, locutus exitum sic describit præmissa distinctione equitis, vel aurigæ, (quos pro eodem habet, quia his ascendentibus, as simul equitandi vel aurigandi ascendit: ) ab infestore, vel prot in Mosis cantico denominatur *ascensore*, qui non agit currum, vel equum, sed agitur, & abspicit in exitum; [ Tuam si libet animam considera. Inuenies enim inter partes eius, & equos & aurigam ascensorem, sicut & extra te. Equi sunt, furor & concupiscentia, ille mas, haec feminas, id est que ille ut mas, gestit elata cœrulea libertatem appetens: haec vero feminæ, & calidior, domum depasit ac deuorat, ut feminæ: infestor autem & auriga, virus est, nempe intellectus: sed auriga tunc, quando ascendit cum prudentia: quando autem cum imprudentia, infestor est. Imprudens igitur pie imperitia nō potest

habenas retinere, sed patitur elati manibus. At iumenta habentis libera, temerè discutunt nullo ordine. Seffor vero præ imbecillitate suæ flinere se non valens, decidit: & laceris gembus, manibus, facie que male molestatu miter, deflectum infortunium; nonnumquam autem pedibus in curva hærens, rapitur lupinus, & tritæ in orbita caput, cœruleum humeraleque ambos confauit. Deinde hæc illæque distractæ & illis omnibus passim obiacentibus, miserrimo genere mortis extinguitur. Et huic quidem talis exitus obuenit. Curtus autem iam leuior, & violentè quassatus, ubi in solum iniquale incident, facile frangitur, ut instanti non possit & compingi denud. Iumenta autem omni retinaculo liberata, concitantur & efficiantur, nec prius desinunt currere quam collabentur, aut in aliquam rupem delata, ipsa quoque intercaneat: atque ita currus anima vna cum viceatore totus perit per aurigam inficiatum.]

Scitè quoque Maximus Tyrus dicit, 25. in fine. [Quo humana conditio (inquit) minorem est esse diuina fatetur, propterea scilicet quod animum terrestri corpori, tanquam antiganum imposuit curri, cuius & habenam sustinendatur, & incitandi vim esse habituras: huic enim aurigæ simul aurigandi arem, vitæque tradidit: simul etiam liberum abutendæ artis arbitriam dedit, qui postquam inscederit currum, & habenas acceperit, siquidem felix beatissimus animus sive, memoriamque habeat, se iussi Dei sublatum esse in currum, validèque aurigationem regere debere, nimis habens moderatur, regitque currum, & equestrum temeritatem contundit. At eum dixerunt appentur cursum, temeritatemque hue atque illuc rapiunt cursum, hic ad petulantiam, ingluviem, ac contumeliam; ille ad temeritatem atque fecociam; alius vero tarditatem, mollescitatem, seruitatem, fatuam, atque humilitatem fecit: cuiusmodi seditionibus distractus currus, aurigam conturbat: & si equestrum viuus impotens vis certos vincat, fertur currus pro libidine victoris. Quo sit, ut vietrix interdum petulantia, vna currus & auriga ad contumelias, conuicias, impuritates, atque alias nefarias nimisque lyceras voluptates: interdum vero dominante iacundia, in multis variisque calamitatis, vice que feratur in præcepis.]

*Currus nostri rota à Christo agitanda; semoto Phaeton et nostro.*

1119 Nihil proclivius, quam vi infastum illum exitum consequamus, ni Christus currus nostros ipsemet agit, & regat. Eius currus rotas quatuor, prout non naturaliter tantum, sed etiam supernaturaliter currit, sic describit Philippus Abbas Epistola 13. sub finem. [Videtis, quia cum misericordia veritas, ut dignum est, obuiat vel occurrit, adeo statim iustitia, iustitiae pax occurrit: si inquitque sedis ferunt, & sepe redigunt in quadrigam, cuius lux quadratura Christum dicem confituant, vel aurigam. Prima rota, est Misericordia, quæ in bonis semper operibus antecurrit. Secunda est veritas, quæ necessariò mox occurrit: quæ uno cœmque iunctæ axe, pariter gaudent fert, pati

cursu procedere, & à se inuicem non auferri. Quod si veritas Misericordiae læso confilio subtrahatur, cadit biga, facet inefficax, & in nihilum reputatur, & vno carens pede, alterique debito plus innixa, moueri non praualeans, tanquam limo, profundius est infixa. Pars quadrigæ posterior, primam Iustitiam ponit rotam, virtutum præcedentium sequacem sive comitem irremotam, dum quod illa occurru mutuo diligent operari, commendat Iustitiam dignum iudicantis manerare. Ad quod remunerâdum. Pacem continuo vult adesse, quæ conscientiam operantis, à diffidentia securam facit esse; quæ ab illa mordaces timoris aculeos alienat, dilectionem fouet, fidem promouet, spem serenat. Vnde Paulus, *Reddet nîbi Dominus iustus iudex. Iustitia igitur & Pax, vno axe itidem coniunguntur, & præcedentium copulam pari confortio prosequuntur: & his rite dispositis, vehiculum fit quadratum, ordo rectus agitur, opus redditum consummatum. Huiusmodi vehiculorum quod prædicto rotarum constat numero conquadrafi, nostra debet conueratio solidari: vt innixa & subinxia tali præsidio, securè prouehatur, & prouectu salutari, de imis ad superos feliciter euehatur. Sine hoc quippe vehiculo, nullius ad perfectum operatio potest vehi; sine hoc in excellum non est rapere. Helias magister Helisai: sed huius quadraturam in Magistro discipulus recognoscit, cum illius spiritum, dupliciter adforsibi poscit: *Spiritus, (ait,) qui es in te, duplo sit in me.**

Vt tamen secura & tutâ sit vœlio, amouendus est rector Phœton; id est, nos ipsi non debemus currum agere, sed Christus. Quare Ecclesia, & pia queuis anima, de hoc suo agitatore gloriatu Cantic. 6. cum ait, *Posuit me currus Aminadab.* quod ita exponit S. Ambrosius i. de Nauibute cap. 15. [Legimus alibi, dicentem Ecclesiam sive animam; *Posuit me currus Aminadab.* Si ergo anima currus est, vide ne equus, caro sit agitator autem, vigor mentis, qui regit carnem, & motus eius velut quosdam equos, prudentie habent coëcet. Dormitauerunt ergo qui ascenderunt equos, corporis voluptates, nullo eas moderamine gubernantes. Vnde & ascensores eos, quâm equites vel agitatores mali nuncupare. Agitator enim cum disciplina & arte pro arbitrio suo equos agitat, vel curentes incitat, vel reflectit indomitos, vel reuocat fatigatos, vel mansuetos pro sua voluntate cōuerit. Vnde cum recipere Helias, & currus quasi ad cœlum ferretur, clamauit ad eum Helias, *Pater, Pater, agitator Israël, & equestris,* hoc est, qui populum Domini bono ductu regebas, constantie merito hos accepti currus, hos equos ad diuina currentes, quia moderatorem te humanarum mentium Dominus comprobauit. Ideo tanquam boni auriga et tamnis, vîctor æterno præmio coronaris. In H. bacut quoque P. opheta, læcum est, ad ipsum Dominum dicunt; *Ascende super equos tuos, & equi tuus ruma saluus.* Agitauit enim Apostolos tuos, quos per diversa mundi direxit, vt tori orbis Euangelium prædicarent. *Ascende, (air.) quasi rector equorum,* non quasi ascensor. Ascendit enim eques, non tantum pro vt sedear, sed vt regat. ] Eodem recedit quid S. Chrysostomus hom. 14. in ad Rom. ad illud qui spiritu Dei aguntur, seruos Dei, vt agitatores equos, spirituatu-

riganti subiicit, spiritus quippe ille est ipse metus Christi Spiritus.

Sunt aliqui sancti sub Christo, agitatores curru nostri, sed super omnes, & in omnibus Christus, qui in bonis omnibus præfatus, moderatur & regit. Heliæ rectorum populi typus, his verbis depingit Chrysostomus homilia de Ascensione Hælicæ. [ Oportebat errantis populi rectorem, gubernatorem factorum, moderatorem discepantum voluptatum, Israëlis aurigam, qui ad iugum timoris Dei laſciuos & vagos animos reuocant, frœnis lorisque adstrinxit, & ad iter discipline recte tenore currendum concordi quadam copulatione composuit ad regna cœlestia curru atque equis transiolarie euclum. Hinc Poëtas atque pictores, in figuranda Solis imagine exempla credo sumpsisse: Qui currat atque equis fulgentibus ipse rutilans, atque radians, & fluctu Oceani sublevatur inter prætorum montium scopulos cuadens, quasi ad cœlestia videtur ascendere, in simili iudicium nominis eius inductus. Sol enim Graeco sermone, *Helios* appellatur. Vnde *Helias* verè *Helios* quoniam curru atque equis fulgentibus igne, de Oceani fluctu, idest de mundi commotione, per montium scopulos, idest per magnorum laborum difficultates progrediens, ad cœlestia deuictus ascendit. ] Allegat hunc Chrysostomi locum, & eius doctrinam ratam habet, confitutus ex Sedulio lib. 1. Operis Patch. metricè conscripto, Beda q. 27. ad libros Regum. T. les, omnes propofitos, nobis regendis à Deo constitutos contemplemur, sed in omnibus regit & moderatur Christus.

#### Currus Christi, in homine.

1120 Sumus nos quoque agitatores & rectores currus nostri, quia cum libero potiamur arbitrio diuinitus indulto, postulamus currum mentis, quod libuerit flectere. Sed quia si soli currum nostrum regamus, ad certum exitum ruitus, cum autem bene regimus, rector primarius & agitator, cui gloria rectæ aurigatioris debetur, Christus est; propterea simpliciter, pia anima agnoscit quod le ad Christum habeat, vt cursus, non vt agitator. Praeterea id ipsum habet alio loco S. Ambrosius: nimis I. de Isaac, cap. 8. [Rector noster, (inquit,) Christus est. Ideo que at anima, *Posuit me currus Aminadab.* Animæ ergo currus, qui bonum rectorem sustinet. Si currus est anima, habet equos, vel bonos, vel malos. Boni equi virtutes sunt animæ: mali equi, passiones sunt corporis. Bonus ergo rector, malos equos restringit & renocat, bonos incitat. Boni equi, sunt quatuor: prudens, temperantia, fortitudo, iustitia. Mali equi, iracundia, concupiscentia, timor, iniquitas. Interdum ipsi equi inter se dissident; & aut iracundia protendit, aut timor, & se inuicem impediunt, & rursum retardant. At vero boni equi volant, & à terris ad superiora se subrigunt animâm elevant: maximè si iugum habent suauem, & onus leue, dicens, *Tolite iugum meum super vos; iugum enim meum suauum est, & onus meum leue.* Ipse rector est, qui novit equos proprios gubernare, vt æquals omnium cuius sit. Velociores prudens tardat, iustitia admonet flagello proprio segniores, temperantia manuetiores, fortitudo duriores reddit;

F F F f 3 nouit

De eodem curru, ex Ezechiele.

1121 Locum ex c. 1. Ezechielis, quem ad rem praesentem protulit S. Ambrosius, accommodat ad eandem, & plene illustrat S. Macarius tota proprie homil. 1. ex qua describo quod hinc loco magis apta. Propterea ego unius visionem propt apud Ezechiel de scribitur, compendio resulit, subiungit. [Hoc autem ipsum quod in excessu mensis Propheta vidit, verum erat & certum: ceterum quippe etiam aliud mysticum & diuinum subindicabat ac repreäsentabat; nempe mysterium quod à seculis reuera ab conditum est, posterius autem temporibus in aduentu Christi manifestatum. Nam mysterium utique contemplatur animæ, quæ Dominum suum erat suscep ta, & illi thronus gloria futura. Anima enim quæ digna habita est ut fieret particeps spiritus in lumine illius, & illustrata est à deo in narrabilis gloriæ eius, cum prepararet eam sibi in fedem & domicilium, tota lumen evadit, tota facies, & tota oculus; neque superest vila pars illius, quæ spiritualibus oculis non sit plena: hoc est, nihil habet tenebrosum, sed tota prorsus sit lumen & spiritus, tota plena oculis, nullam habentem partem à tergo; sive posteriore; sed vnde faciem præ se ferens, ineffabilis pulchritudine gloria luminis Christi, veniente in illam, & in ea residente. Et quemadmodum Sol sui planè similis est, nullam habens partem posteriorem aut inferiorem, sed totus penitus lumine splendet, & totus lumen est, & partium similium: aut quemadmodum in igne, lumen ipsius ignis totum sibi simile est, nihil habens in se primum aut postremum, maius aut minus; sive & anima quæ planè illustrata est ab ineffabili pulchritudine gloriæ luminis virtus Christi, & Spiritu sancto plena, a digna que fieri domicilium & thronus Dei, tota oculus, tota lumen, tota facies, tota gloria, & tota spiritus evadit: nempe sic eam adorante Christi, gestante, agente, baulante, & ducente illam, & hunc in modum illam instruente, & spirituali de core adorante. *Etenim manus,* (inquit) *homini erat subitus Chernibim.* Nam ipse est qui illa vehetur, & illam dirigit. Quatuor autem animalia currunt videntia, repreäsentant principales animæ partes & rationales. Nam quemadmodum aquila, inter ceteras aues principatum obtinet, & leo inter feras, tantus autem inter animalia manus, & inter creaturas homo: ita quædam sunt animæ portiones rationis capaces & magis præcipua, voluntas, celi ciet, conscientia, mens, & amandi facultas. Per has enim curru animalia gubernatur, & in illis Deus requiescit.] Et infernus. [Quocumque fessor ille vehitur & fertur in curru, & throno oculorum animalium, seu ab unaquoque anima quæ thronus illi facta est & sedes, & quæ oculus est & lumen, cum infederit in illa, & cohabet illam frænis spiritus, prout nouit qui dirigit illam. Quemadmodum enim animalia illa spiritualia, non pergebant quocumque libertate, sed quod nouerat & volebat is qui fessor erat, & dirigebat: sic & in hac vita, cohabet ipse & impellit dirigen spiritu suo, ita ut proficiat non pro arbitrio suo in cœlum cum voluerint: & abiecto corpore tractat & impellit animam sapientiam.

RAINAUD  
Tomus I.  
De Christo  
et  
Tomus II.  
De Atributis  
Christi  
XVII

nouit copulare discordes, ne forrè currum sumum dissipent. Itaque licet intelligibili spectaculo, vide utrumque animam cum summo certamine ad cœlum rapi, festinantes eos qui priores perueniunt ad brauum Christi, quorum prius imponatur palma cœtibus. Iste fuit equi subiecti fidei iugo, astricti vinculo charitatis, iustitiae frænis, retinaculis sobrietatis. Pulchre ergo ait; *Posuit me curru Amnidadab*, hoc est, pater populi. Ipse autem qui pater populi, idem pater Naason, idest serpentum. Iam recole quis ficut, serpens in cruce peperit pro salute vniuersorum, & intelligis illum animam esse pacificam, cui pater Deus præsul sit, Christus agitator: quia scriptum est & hoc nomen in nostris; *Pater, Pater, agitator Israël*. Hic ergo agitator dicit; *Conuertere Sunamitæ, conuertere*. Benè & quasi agitator, & quasi ad currum dicit, *Conuertere Sunamitæ*, hoc est pacifica. Quæ enim pacifica est anima, citio se conuertit & corrigit, etiam si ante peccavit, & magis eam Christus ascendit, & regere dignatur, cui dicitur, *Ascende in equos tuos, & equitatus tuus sanitas*. Et alibi, *Misisti equos tuos Tharsis*. Hi sunt equi Christi. Ascendit ergo equos suos Christus, ascendit Verbum Dei animas pias. ] Plagulam ex hoc loco decerpit, & allegoriam quam hic prosequitur, confirmavit S. Augustinus 2. Contra Iulia. *sub mediam*.

Rufus pulcherrimè S. Ambrosius lib. 3, de Virg. [ Scriptum est; *Posuit me curru Amnidadab*: eo quod anima nostra coniungitur corpori, & velut quidam equorum frementum currit, rectorem sui querat autem. Amnidadab enim pater Naason fuit, sicut in Numeris legimus, qui erat princeps populi Iuda: cuius figura referunt ad Christum, qui verus populi princeps animam iusti, velut currum agitator ascendens, verbi habentis gubernat, ne violentorum equorum furore, in abrupta rapiatur. Sunt enim eius velut quatuor equi, quatuor affectiones; ira, cupiditas, voluntas, timor. Quibus furentibus cum cœperit agi, nequaquam se ipsa cognoscit, corruptibile enim corpus, animam grauit, & tanquam irrationalium animalium cursus inuitam rapit, voluentibus curis velut quodam impetu proruentem, donec memoratæ corporis passiones, verbi virtute mitescant. Hæc verbi tanquam boni agitatoris est prouidentia, ne illi animæ quæ in eis non est morti obnoxia, corpus mortale coniunctum, agitationem sui faciat esse difficilem. Primo igitur hos velocius motus corporis dominet, & nexus rationis instruet: diem caueat ne dispari motu se velut equi implicant, ut bonum aut improbus decoloriet, aut tardus impediatur, aut turbidus inquietet. Fremit enim equus malitia, sésèquaciam iactando, currum lœdit, grauit iugalem. Hunc bonus auriga demulcit, & in campum veritatis emitrit, fraudis declinat anfractus. Turus ad superiora cursus est, periculosis ad inferiora descensus. Inde quasi emerit qui bene portauerit iugum Verbi, usque ad Domini præsepe ducentur, in quo non faciunt esse, sed panis qui descendit è cœlo. Huius cursus totæ sunt, de quibus dixit Propheta; *Et spiritus vita, erat in rotu: eo quod cursus animæ teres & rotundus, sine vlla ostensione volvatur.* ]

Sapientia sua; in cœlestia; & rufsum cum voluerit, descendit in corpus & in cogitationes deuiniò, cum libenter, progreditur ad terminos terræ, & animæ reuelat mysteria. O præclarum, & bonum, atque solum aurigam verum! ] Concluðit homiliam, demonstrans in hac Christi aurigatione, situm esse vniuersum animæ bonum. [ Quapropter si factus es Dei thronus, & insidet in te, cœlestis autiga, & anima tua tota, eusatis oculus spiritualis, & tota facta est lux; si etiam enuritus es cibo illo spirituali, & hausti ex illa aqua viua, atque induisti arcani luminiis vestimenta; si denique tuus homo interior expetrus, iis omnibus abundat; Ecce iam viua viam reuera æternam, amodò cum Domino anima tua requiescente. En adeptus es & accipisti hæc a Domino in veritate, vt vias veram viam. ]

Hæc quidem iam ex hac vita obtingunt animæ, que autiga Christo regitur, & agitatur; sed nihil hæc tametü eximia & illustra, nihil in qua ad vitam & beatitudinem, quam comprehensoribus decurso fœliciter stadio, & reportata victoria, reponet optimus Agonotheta. Palma nomine, tanquam plenitudo victoriae exprimitur. Hec animæ quam Verbum rexit, & agitauit remuneratio. Audi S. Ambrosium lib. de Isaac c.8. [ Ascendit ergo equus suus Christus, ascendit Verbum Dei animas pias. Vnde cognosce quia & istam ascendit, & perduxit eam ad locum palmæ, quando & dicit ad eam. *Quam pulchra & suavis facta es charitas, in delicia tua! Statura tua similes facta est palma.* Et ipsa ait, *Dixi, ascendam in palnum.* Sed etiam ipsa charitas palma est. Ipsa est enim plenitudo victoriae. Plenitudo enim legis, charitas est. Curramus ergo, vt comprehendamus: curramus, vt vineamus. Qui vincit, ascendit in palnum, & manducat fructum eius. Qui vicit, iam non currit, sed sedet; sicut scriptum est. *Qui vicerit, dabo ei sedere mecum in sede mea, sicut & ego vici, & sedeo cum Patre meo in sede ipsius.* Hinc Philosophi, curulæ illa animarum in suis libris expressæ certamina, nec tamen ad palmæ peruenire potuerunt, quoniam summittantur verbis & altitudinem illam anima nescierunt, quam cognovit hæc anima, in qua erat verbi conuersio. Sic enim ait, *Ego fratri meo, & super me conuersio eius.* Hunc sensum tertio repetiuit diverse in Canticis Cantorum. In principio ait, *Frater meus mibi, & ego ei, qui pacificor in liliis, usque dum aspiret dies, & amoneantur umbra.* Deinde ait, *Ego fratri meo, & frater meus mibi, qui pacificor inter lilia.* In fine ait, *Ego fratri meo & super me conuersio eius.* Primum ad institutionem animæ, id est & premisit. *Frater meus mibi.* Illo enim demonstrante se, etiam adhærendi Deo sumpsit affectum. Quod sequitur, secundum profectum; Tertium secundum perfectionem. In primo, quasi in institutione, adhuc ymbra videt anima, nec dum Verbi appropinquantis reuelatione commotas; & id est adhuc ei dies Euangeli non resulgebat. In secundo, sine ymbra confusione odores pios carpit. In tertio, iam perfecta requiem in se Verbo ministrat, vt conuertatur super eam, & caput suum reclinet, atque requiescat. ] Accipit, (vt vides,) S. Ambrosius conuersationem Christi sponsi ad animam sponsam, pro reclinacione, & quiete in ea, tanquam in throno & sella curulæ sua.

Christi potestas, in cordis nostri aurigatione, & rectione.

1122 Sed neque incommodo, equestrum hanc vocem, qua designari vidimus facilem equorum & curtus ad aurigæ nutrum circumactionem, usurpatam eo loco dixerim à sponsa significante facilem ad preces suas & vota inflexionem sponsi; sicut & ipsa, sponsi voluntatem habet pro habenis, quibus circumducitur, & summa cum docilitate agitur quaquaversum. Vnde datum Christo ab Iiust. c.9. nomen *admirabilis*, censuit S. Bern. ser. 2. de Circumcis. Quod si S. Chrysost. in psal. 1.3. Imperatorem, *primum orbis aurigam* dixit, quanto potiore iure, id de Christo dixerim? Sollicitus meritissimè, hanc Christi rectoris ac velut aurigæ, ad corda hominum regendæ potestatem S. Paulin. Epist. 29. subfigit; idque ait eis quod Sap. 7. dicitur, sapientiam per electas animas semet immittere. Idest Christum Dei sapientiam, vbiq[ue] se gentium, verbi voluntate circumferte, & virtutem virtutum, ac mentem mentium, se prodere, cum disperdit superbos à mente cordis ipsorum, per beatissimam (vt vocat,) mentis ac vita immutationem. Et quamvis ait ostendi in rariis, quod omnibus si velut profit, (sufficit enim vniuersorum institutioni forma paucorum.) Tamen ea pau. itas & varietas frequentium aurigæ Christi ductum, spectat, tantum multitudinem multo ampliorem, eorum quibus specialis illæ favor, ex Christi agitatoris cura non obtigit. Qua ratione Orig. l.3. contra Celsum, ganniente Celso quod Christum pauci sequentur, initio responderit. [Fuisse quidem ab initio paucos Christianos, collatos ad posteriora tempora constat, quamvis non omnino pauci erant, hoc enim inuidiosum fecit Iesum: & Iudeos conciuit ad illi struendas infidias, quod quaterne quinque milia hominum sequerantur cum usque in solitudines, non annumeratis mulieribus & pueris tanta vis attrahendi, velut linx quædam inerat Iesu sermonibus, vt non solum viri, sed etiam feminæ, omisla imbecillitatis & exilimamoris cura, perlequerentur cum haud grauatum usque in solitudines doctrinae gratia: nec minùs pueri omni alioquin affectu carentes, siue illi parentes, sequerentur, siue potius diuina quadam vi adducti, illius desiderio faciebant iter vna cum genitoribus.]

Vel certè ea paucitas de qua agebatur S. Paulinus, spectat tantum illos, in quibus Christus ipse degens in terris, potestatem hanc suam agitandorum & regendorum humanorum animorum, voluit eis manifestam atque testatam, qui non fuerunt tanè adeò multi. Fuerunt tamen aliqui, & vt cetera exempla superius proposita premam regulare dūntaxat placet, exemplum S. Matthæi, quo Christus initio prædicationis sua, Regem se cordinum, & voluntatum aurigam prolixit. Et addere possumus exemplum quod sub finem vitæ Christi Domini, exhibi-tum est, missis Discipulis ad soluendum pullum & asinum; & populis ad triumphantem Christo decernendum & exhibendum commotis; nec non Domino domus perlungo ad canaculum grande stratum, (quod sibi & familiæ, vt verisimile est destinata, ) extero homini concedendum. Nam de miraculo subitationis salutis

in

in latrone, fatis superque suo loco aetum iusto  
opusculo, vt non sit opus hic denud id ver-  
fare.

*Exempla illustria aurigationis cordium  
per Christum hic superstitem;  
S. Matthaeus.*

1123 Christi igitur aurigae sapientiam atque potentiam in S. Matthaei conuersione, is facile capiet, qui Matthaeum Publicanum fuisse perspicuum habuerit. Est autem publicanus, (vt definit S. Chrysostomus t. 5. Græcol. serm. 56. & 68.) [ Limes improbitatis ultimus, libera violentia, rapina sine reprehensione.] Christus ipse Matthæi 5. vt deplorat conscientia homines notaret, Publicanos protulit, dicens, Si diligitis eos qui vos diligunt, nonne & Publicani hoc faciunt? q. d. non esse id eximium, cum etiam pessimi alioqui homines, idem praestarent. Teterima sunt quæ de huiusmodi carniorum aurum, verèque harpyarum in Iudea factis, recitat Philo de specialibus legibus sub nomine, agens de pœna rei in cognatis non transferenda; ubi describit Publicanos, vt genus barbarum, & coluum hominum inuigilantium exsugendo generi suo, & eibendo humano sanguini; Quod, Saluianus quoque l. 5. de Prouid. expostulauit. Ex hoc igitur numero hominum, etat Matthaeus. Quod tonitru, quivis fragor vehementissime orationis, hunc in sceleribus soporem excusserit? Quanta, quæ diuturna, quæcumque attenta, necessaria fuerit industria ad persuadendum, vt autrum cui incubabat, abiiceret? Ut euaderet in virum frugis & vulgari modo probum?

En veri animorum rectoris industria, simul ac potentia specimen planè insigne. Cum transiret Iesus; neque enim habuit, vel longa oratione, aut mirabilis alicuius operis, patratione hominem perculit; sed cum transiret, & Matthæum in telonio nihil minus cogitante, aduertisset, duobus hisce verbis, ab auto suo à rationibus à re domestica, quæ illi (vt grande conuicuum mox exhibuit docet,) copiosa erat, hominem auluit; *sequere me.* Nec ille comprehendinavit, aut componendorum duntaxat negotiorum gratia, breuem moram poposcit, causatus debitores apud quos periclitatura essent pecuniae, non receiptis fortasse collybisticis chirographis. Non obserandi saltem telonij, spatiu expetuit: sed ut audiuit fundementum inter transundam quatuor illas sillabas, *surgens secutus est eum;* factus momento docto milericordia, qui avaritia fuerat institutor, ait Chrysologus leuit. 30. Constat, inter nos, qui in fidei Christianæ luce viuimus erudit à pueris & formati ad vitam sanctam atque perfectam, quantum est ex Ecclesia constitutione & fundamentariis legibus que neminem Christianum latent; si orator dicens facultate instructissimus, copioso verborum & rationum torrente, propositis æternis præmiis ex huiusmodi genere discolarum pecuniae, (vt cum Cypriano loquar) vnum aliquem adoraret, ægis perfectorum, vt alienis abstinens, contentus vineret suis, aut de male partiis restituendis, consilium iniret. Quæ igitur pars oratio, celebrandæ huic Christi in Matthæi

pectus potentia, quæ hominem quæstus faciendi ad eum studiosum, uno & altero verbo, ad rerum omnium contemplationem subiit, adduxit?

Despondeo aliquid par huic cordis Matthei aurigationi per Christum. Quare ab eo, illud primum ex S. Gregorio 20. moral. cap. 4. præfatus, hoc planè esse, quod de se Iob in Christi persona cap. 29. prounicat, *si voluntatem ire ad eos, sedebam primus.* [Quia enim (sic) scriptum est, ) omnia operatur, secundum coniunctum voluntatis suæ, non secundum nostrum meritum: sed quia ipso ita ut vult, visitatione suas nos Dominus illustrat; Itaque & cum vult venit, & conuenit, primus sedet: quia & aduentus eius in corde nostro gratius est: & appetitus eius desiderij in cognitione nostra, æqualis ceteris desideriis non sit. Sequitur, *Cumque sedarem quasi Rex circumfante exercitu, erant tamen moventium consolator.* Quia si Rex Dominus sedet in corde; quia circumfrentes regit animatum motu in nostra cogitatione. In mente quippe quam inhabitat, dum torpientia excita, inquieta frœnat, frigida accendit, accensa moderatur, emolliit rigida, fluxa restringit: ex ipsa hac diuersitate cogitationum, quasi quidam illum exercitus circumstat.]

*Dominus aſine & pulli, ad Christi trium-  
phum abductorum.*

1124 Nec minùs se Regem humanæ voluntatis ac animorum aurigam prodidit Christus, sub extremam vitam, cum aduentante tempore quo felici clausa labores suos obfignaturus erat, triumphantis specie Ieroolymitanam urbem ingressatus, mandauit duobus discipulis, vt in Castellura, in *aduxit, oppidum* aut *mapale*, quod contra erat, profecti aſinam & pullum quæ alligata reperturi erant, soluerent, & ad ipsum adducerent. Quod si supervenientis aliquis reclamaret, illud unum dicent, *Dominus his opus habet;* nec dubitarent, quin illici simendi essent ea animalia abducere. Hoc insigne planè est, Christi cordium teotoris, & quo voluerit ea agitantis, specimen.

Quod ut peripicatur, obseruandum est, peram Lyranum Matthæi 21. & Cometorem in Historia scholastica, cœnuisse pullum & aſinam sub nullius dominio fuisse, sed ad pauperum vnum, pro necessitate, in castello Ieroolymis non procul distato, fuiss exposta. Hoc manifestè redarguitur illis S. Lucas verbis c. 19. *soluentibus autem illis pullum, dixerunt Domini eius, ad illos, quid facitis soluentibus pullum?* En Domini eius. Perperam item Catharinius, agnoscens hæc animalia verè Domini alicuius fuisse, Christum ea mendicato & suppliciter accepisse dixit, quod vnde collegerit non video. Nullum quippe verbum in tota hac narratione, apud Euangelistas varius, sapient mendicationem, vel supplicem petitonem sed dicit puli bini illo missi, ubentur nemine præmonito, soluere animalia & adducere, ac si quis supervenientis domesticorum obstat velit, monentis dicit: *Dominus his opus habet.* Quæ non est supplicis deprecatio, sed imperantis potius, sicut gerentis pro eo qui de re disponere possit pro arbitratu, & independenter ab eo, penes quem est.

Addit

Addit quidem S. Matthæus ad verba propria, *Dominus huius opus habet, hæc quæ sequuntur, & confessum dimittet eos;* quæ verba Autor imperfecti operis in Matthæum, ita accepit, vt sensus sit, *Dominum Iesum, qui opus habet iis animalibus, confessum ea remisitum.* In quo sensu, ea verba sapienti demissione & depreciationem, vt annuant abduci animalia, post breuem vsum remittenda. Verum S. Marcus cap. 11. eam verborum S. Matthæi interpretationem manifestè repellit, monstratque sensum esse, animalia continuò dimittenda fore à Dominis. *Dicite inquit, I quia Dominus necessarius est, & continuo illum dimittet huc.* Ex mox recitata reclamacione domesticorum, cum viderent ab incognitis solui pullum, addit S. Marcus, *qui dixerunt ei, sicu præcepserat illis Iesus, & dimisserunt eis.* Constat ergo, dimissione eius S. Matthæus meminit, non spectare ad remissionem animalium, iubente Christo mox faciendam, (quæ sanè non rectè vocanda fuisset dimissio, sed dicenda poriū fuisset remissio;) spectare autem ad dimissionem dominorum, permittentem abduci animalia ad vsum Christi. Sique eueritur ea falso exegitata precatio supplicis Christi, ad exorandum abducendum ad breve tempus animalium facultatem.

Statuendum denique est, asinam & pullum non fuisse apud Hebreos rem nihil. Neque enim vti apud nos aslolet, adeò abiecta erant ea animalia, vt vilium duxatax capiūr vœtationi deserirent; sed qui erant inter Hebreos dicitissimi, ac viri principes, pullis asinorum insidabantur secus apud nos, Magnates mulabut aut mannis totulariis, peruechi mos est. Quod docent 30. filii Iair, hominis locupletissimi, Iudic. 20. qui sedebant super 30. pullis asinorum. Et ibidem c. 12. quadraginta filii Abdon, & eius 30. nepotes, sedebant super 70. filios asinorum. Dilectè hoc de Asinis Arabiae, & Palestinae, equos aliarum regionum æquantibus Origenes lib. 1. in Job.

Sic complanatis omnibus quæ in ea Euangelica narratione poterant negotiis faccere, manifestè inde habetur, quanta facilitate Reætor cordium Christus, currum animorum quæ lubebat agitaret, vt meritò re benè expensa S. Chrysostomus hom. 67. in Matth. sic statuat, [Tu vero diligenter expende, quot mirabilia peragi, & quod prophetias adimpleris; asinam inuenturos prædixit, neminem prohibitum, & omnes tacituros affirmavit, quæ Iudæorum culpa non parua esse videtur; siquidem qui nunquam eum viderunt, sua ipsi fine controuersia tradint, cum Iudæi etiam per discipulos signa facientem videntes, non receperunt. Non fuit res ipsa parua. Quis enim illis persuasit, quam res ipsorum auferrentur, præsertim pauperibus, ac forsan agricultis, nullo modo aduerteri? Cur dixi *non aduersari*, sed nec interrogare quidem, aut interrogantes responso audito tacere, atque cedere? Nam vtraque ista pariter mihi mirabilia & inaudita videntur. Non enim paruum est, cum traherent iumenta, nihil dixisse; & si dixerunt, cum audirent quia Dominus illis indigeret, cessisse: maximè cum non ipsum, sed discipulos eius viderent. Hinc omnes docet, Iudeos in ipsum iruentes solo nutu reprimere potuisse. Hic etiam discipulos docet quicquid ille peteret, etiam si animam dare iubet, absque

*The oph. Raynaldi de Atrib. Christi.*

villa controuersia esse parendum.]

Non potest id melius oculis subiici, quām si quisque id apud se agi cogitet. Puta si duos è labulo suo equos, per homines ignotos abduci, nemine domesticorum rogato, aut præmonito, contingere: & superuenient, & quod, ac quosq; abducantur roganti, responsum datur, *Dominum aequum ignotum, his indigere, & ad se abduci iussisse; nulla facta reductionis mentio.* Per se liquet, homini cui res sua charæ sint, eam abductionem fore difficultem. At non erant profecti Hebrei, minus affixi terrenis rebus, quām nunc simus; nec minus charæ habebant, quæ possidebant, homines planæ animales, & toti carni ac terrestres. Proditum itaque est, in ea tam lubentib; animalium dimissione, ad simplicem voluntatis Christi per Discipulos insinuationem esse verè Christum cordium rectorem, & aurigam; à quo summa cum docilitate circummagantur & voluantur quod vīsum fuerit.

*Turba clamantes, Hosanna.*

1125 Adductis asina & pullo, excita Christi voluntate populi multitudine, propè immensap; arboribus ramos carpunt, intèque cæteras spoliant ramis palmam, cui per tempus Hierofolymitanæ obfisionis, in viuierali omnium arborum & plantarum vastatione, ac etiam aliquor post seculis, repensum est, vt superstes esset; quod S. Cyrilus Hierosol. Antistes catech. 10. refert. Pars, vestimenta abiiciunt, humique sternunt calcanda; honoris genere, quod Plautius in Catone, inter eximios quæ vñquam magnis triumphatoribus habiti fuerint, honores numerat. Non defunt qui Oliuarum, & Palmarum, aliarū myce mitium arborum ramos manus præferant, indicem subiecte voluntatis. Imo vero iuste dixerim eam vñscire mutam professionem maiestatis, cui vita ipsa & facultates sint obnoxiae. Nam Rami (iuxta Clementem Alex. 5. Strom. cap. 4.) Symbolum sunt primi nutrimenti, aut breuis vita nostræ. Ideo dantur iis qui adorant. Apud S. Dorotheum doct. 18. in fine, alia non minus illustris Christoque honorifica horum ramorum significatio subiicitur. Sic enim scribit. [ Quid vero est proficisci illi obuiam cum palmis & ramis oliuarum? Quantu[m] quispiam ad bellum proficisci contra suum aduersarium, & potius victoria postmodum regreditur, familiares sui omnes, & amici occurunt ei victori, cum palmis & ramis oliuarum. Nam palma victoriae signum est. Rursus iniuria cum quis afficitur ab aliquo, & proficisci vult ad quempiam, qui posset eum ab iniuria vendicare, & vñsciri, ramos gestare soler oliuarum, clamans & petens, vt sui misereatur, & consequatur auxilium. Oliua namque misericordia symbolum est.]

Hoc igitur fait, Christo palmarum & oliuarum ramos præferre; palam omnibus proficeri Christum victorem; triumphum quidem ante victoriæ consummatam canendo, sed tamen certam, de hoste immanissimo breui obtinendam contestando; eiisque tanquam Dei, oppressum genus hominum liberare apti, misericordiam implorando. Quod carmen illud victoriale perspicue ferebat, quo per celebriores quasque vrbis vias, in templo etiam ipso, rin-

GGG gentibus

gentibus licet Pharisæis, decantando perfectam laudem, & iudice Dauid vel ipsi ex celorum & mundi fabrica laudi comparandam, Christo dederunt. Nam clamabant dicentes, *bosanna filio Dauid, benedictus qui venit in nomine Domini, bosanna in altissimis*: quod perinde fuit, ac si dixissent, *salu nos, obsecro, fili Dauid*. Ita enim eam acclamationem ex Psalmo 117. depromptam exponunt S. Irenæus lib. 4. cap. 24. & Otigenes, Hieronymus, Ambrosius, Beda, alijque complures, ad citatum Matthæi, aut Luce locum. Ut minimum vero, est deprecatione Christo perhonoristica, quippe hunc sensum faciens. *Nouo Regno nostro, iam olim promiso, venienti in regiam, tanquam Domino, benedictio sit, salusque & victoria salus illi de altissimis*. Ad rem potius, quam ad vocis corticem, respexit Iustinus q. 50. ad Orthod. cum *Ostennam idem esse ait, quod magnitudo excellens*. Ipsi lactentes, & matrum mammis adhuc appliciuit, ac Chrysostomus, Euthymius, & Theophilaëtus sentent, in eam perfectam laudem eruperunt, & ad eum modum cum cæteris Christo acclamarentur. *Quod DD. prædicti, insinuat volunt eo Christi responso, quo stupore defixos Pharisæos, inuicemque rogantes, audi quid isti dicunt: compescuit, prolatore versu Psalmi octauo, quo prenuntiataam suam hanc ex ore infantum, & lactentium perfectam laudem, propter inimicos, profectus est.*

*Negotiatores è templo pulsi, in triumphi clausula.*

1126 Nihil addi posse videtur, ad eam in mortalium animos ac etiam in paucorum dictrum homines, vt Prosper loquitur, potestatem. Verum S. Hieronymus Matth. 21. quod in triumphi huius clausula ingresso templum Christo contigit, merito pronunciavit admirabilissimum. [Plerique inquit ibi S. Hieronymus.] arbitrantur maximum esse signum, quod Lazarus suscitatus est, quod cæcūs ex utero lumen accepit, quod ad Iordanem vox audita fit Patris, quod transfiguratus in monte, gloriam ostenderit triumphantis. Mihi inter omnia signa que fecit, hoc videtur mirabilius esse, quod unus homo, & illo tempore contemptibilis, & in tantum vilis vt postea crucifigeretur, Scribis & Pharisæis contra se sauvientibus & videntibus lucta destrui sua, potuerit ad unius flagelli verbera, tantam eicere multitudinem, mensalque subuertere, & cathedras confringere, & alia facere, quæ infinitus non fecisset exercitus. Igneum enim quiddam atque sydereum, radibat ex oculis eius, & diuinitatis matestas lucebat in facie.]

Exscriptis hunc Hieronymi locum, eo illudato, Rupertus lib. 3. in Ioan. *ferè initio*. Audi etiam Anafatium Sinaitam lib. 4. de recta fidei dogmat. *sub finem*, magnificenissimè statuente de hoc facto. [Prodigia ab eo edita, testabantur supra hominem esse naturam eius, ex qua operatio proficisciatur, non dico suscitionem mortuorum, aspercum cæcis restitutum, non leprosorum mundationem, non aliarum læsionum curationem: hæc enim omnes vulgo Saluatori tanquam Deo attribuebant: sed illud etiam, quod fortissime non multis in mentem venit. Quid hoc nempe facere omnia cum pot-

estate. Supradicata omnia autem, eicere ex templo sacerdotum capones, qui domum orationis, speluncam latronum faciebant. Nisi enim potestas eius nimia fuisset, nunquam tam multa millia ementum, & vendentum, ex templo exturbasset: præseruit festo instanti, & vndeque ad eum confluentibus, cum lex omnes, ex omni loco, ad diem animorum convocaret, in quo vt pascha immolaretur, lege sanctum erat. Quis enim dux copioso exercitu militum armatorum immisso, tam multis eiceret potuisse; præsentem cum illa nefaria mercatu: a, diuturno tempore confirmata est? Ipsi vero solo flagello ex funiculis facto, vniuersos eiecit, appellans domum suam domum orationis, quam illi qui Deum caponabantur, emporium fecerant, ementes pullos colubram, & diuinæ scripturas permutantes, tanquam mensarj nummos, quorum mensile merito extinxerunt, & pecunia effundunt diuina virtute illius, qui venerat ad repurgandum templum, in quo lex iobebat puras holiæ Deo immolatione; non autem vir nefaria ista fient. Quamobrem cum admirarentur, qui hoc quid fecerat, spectabant, & cum hoc tam ingens miraculum, vt par erat, diuulgaretur, congregaverunt cunctos, quibus partes corporis latè erant, qui accesserunt ad eum in templo, & sanari sunt. Maius priore, miraculum secundum. Lex enim claudos & cæcos procul a templo arebat. At cum hoc mirabile prodigium electionis eorum, qui in mercatu erant, hi qui videbant, & audiebant, & maius quam pro viribus humanis, huiusmodi opus docebant, audacter ingressi sunt.]

S. Hieronymus, vt referebam, ob radiantes & sydereum quid micantes Christi oculos, neminem mutare ausum, statuit Nihilominus hæc tanti effectus causa, quod corpoream Christi speciem artinet, non est certa. Extra dubium vero est, illuxisse Christum feris pectoribus, eaque mansuefecisse, & ne contra obsistere, aut possent, aut vellent, inhibuisse. Vbi Rectoris cordium Christi sapientia & potentia apertus proditur, non secus ac auriga, & agitator, eo esset peritior & doctior habendus, si non mites equos, & ad ductum dociles, regat appositè, sed etiam effrenos & intractabiles manluefaciat. Herculem Gallicum, dextra clauam, sinistra cum tensum, gestante, calustrum, deformem, fenem, lingua pertusam, trahente catenolis anres innumerorum, exhibet in eius tituli dialogo, Lucianus. Sed verus Hercules Christus, qui iam ab infantia, & in ipsis cunctis serpentibus strangulauit, & ab utroque super foramine spiratis est delectatus, verè d'rovos depulso magistrum, vt iest apud Clementem in Protrept. Beelzebub, inquam, & eius aciecum, lingua response, idest, vt Augustinus exponit, cordis alloquio, tantum multitudinem, catenis autem affigit & tradit quaque rsum; & quidem auctoribus prehensam. Nam & in corde aures geminae, ex Galeno l. 6. de vsu partium c. 15.

Dominum

Dominus canaculi grandis, strati.

1127 Extremum aetum, huius in cordium aurigatione facultatis, proponebam delectum cenaculi, ad Pascha cum Discipulis manducandum apud ignotum hominem. Instabat agnus immolandi pro Iudeorum viu sacra oblatione: vnicuique domus sua, templum erat. Ibi sacrificabatur, & immolabatur victimam. Funeratus Religioso officio Christus, domum non habebat propriam; & qui in alieno nasci voluit, in extrema item vita, ad extraneum hospes ducitur. [ Audiant quos marmorum cura tenet.] (excl. mat S. Chrysostomus hom. de prodit. Iud. 2.) Vrgent Discipuli Christum, rogantes vbi vellet patari Pascha. Iobet Christus, duos ad id delectos intrare ciuitatem, & quem in vrbis aditu repererint hominem, vas aquae defecentem, cum sequerentur; domumque subeunte, domino domini nomine suo renuncient, placere sibi, apud eum Pascha celebrare cum Discipulis suis. Itaque locum exhibet ad id accommodatum. Is vero ad primas ingredientium voces diuinis tactus, cenaculum grande stratum assignauit, is quo Christus Pascha cum suis celebraret. Fuisse hunc inter Hierosolymitas Iudeos primarium, domus copiosa, & ampla, ac cenaculum grande stratum, docere perspicue videntur; vt non possim sanè S. Ambro. aſſipulari, qui hunc Christi hospitem, hominem tenuem & obſcurum meditatur. Ego cum aliis Patribus, diuitem, & inter Hierosolimitanos illustrem fuisse, non dubito. At non erat ei incompertum, quanto in Christum odio flagrarent Iudeorum Principes, quos sciebat iam tandem sollicitissimos esse de eo comprehendendo, & neci dando; eiusque nefarii propositi consilia, tunc maxime agitare. Qui Christo fuisse, odia in se Sacerdorum omnium ac Principum concitatissimum, non poterat ignorare; cum id esset vulgatissimum, praefarentque edicta de illo extra Synagogam faciendo, qui eum prothenter Christum, eive gratificari, aut facere quoquomodo viam esset: vñque adeo, vt parentes mendici, relituri filio oculis, cum filii medicum fateri, non sint aucti: ne eurationem agnolentes, & in eum grati aut benolii apparentes, fulmine excommunicatio-nis, omnibus Christo foyentibus intentato, ferirentur. Regente Christo cor huius diuitis, nihil tale exiuit. Imo cum iustus subefret mortis, ne domum exponeret vastandum militi, quem ad Christum vinciendum per illud tempus cogi, nescire poterat: tamen commodissimo domus loco, exceptum voluit hospitium, a quo non precibus, aut molibus postulatis, sed verbis quæ iuſſionem potius saperent, de exhibendo hospitio admonebatur.

Aurigatio cordium per Christum, circa vim.

1128 Non plura, de cordium humanorum, per Christum autigam & rectorem agitatione. Infinita enim sum, ideoque ne tentanda quidem, quæ celo iam illatus perfecit, & in dies perficit perficere, per gratiam suam; idque non impetu, & vi, sed blanda & leni rectione. Et Satan quidem (inquit S. Ambr. l. de interpolat. David.) { Cito deicit ianuam, si patente

Theoph. Raynaldi de Atrib. Christi.

eam non innuenter. At vero Christus, pulsat, non deicit, qui confortauit o Hierusalem seras portarum tuorum. Christus manu pulsat, vt aperias: aduersarius securibus concidit; & ideo scriptum est, ne securis & malleus in domum Dei intret. Ita tamen pulsat ad cordis ianuam, vt tametliberetur, tamen infallibiliter sit aperiendum, cum ei placuerit subire, & munitissima arce, (ita enim cor nostrum vocat securi Antonin. l. 8. de vita sua n. 41.) ipsique Angelis inexpugnabilis, absque labore potiatur, & in eam tanquam Rex legitimus illicio admittatur, vt Regem decet; Dominatus ibidem, non per vim, vt Tyranni faciunt.

Ingerit mihi haec cogitatio, cogitationem aliam. Solem Deus, tanquam magnum Regem, diei prefecit iuxta Philonem in Cofmop. quod pluribus coniecturis firmat. Sed illa optima, quam Proclus, qui item Solem Regem agnoscit initio libri de Sacrificio & Magia, ex solis quibus plantis ducit: ac prater ceteras, e loto, qua Proculo iudice, dilatatione foliorum, ad Solis accessionem, & corundem contracitione ad recessum, non minus Solem Regem suum honorare videtur, quam homines principibus suis venerabundi accident, & honorem deferant, gestu generatum, morisque labiorum. Est vero lotos, cordium nostrorum symbolum. Omnia quippe in ea planta, rotunditate in praefertunt, etiam folia, & fructus. Quare quod apud Iamblicum lib. de Mysteriis §. 37. Deus iuxta Aegyptios inducitur fedens super Loton, commodè referatur ad hanc humanarum plantarum solisquarum infissionem per Christum Regem, eas non vi, sed pellacis trahit circumagentem; quod placet trahens, non vi, sed suauitate, iuxta illud Prosperi l. contra Collat. c. 6. [Pater, hominem vocatum, ad filium trahit non resistentem, inuitumque compellit; sed ex invito volentem facit, & quibuslibet modis infidelitatem resistentis inclinat, cor audiens, obediendi in se delectatione generata, ibi surgat, vbi premebatur: ibi discat, vbi ignorabat, inde fidat, vnde disfidebat; inde velit, vnde solebat. Etenim Dominus dabit suauitatem, & terra nostra dabit suetum suum.] Egregie de eadem trahitione S. Anselmus l. 1. cur Deus homo c. 10. initio.


Aurigatio Satanae infelicissima; Vtus do Trine.

1129 Longè alia est rectio curius vitiorum, cuius est auriga Diabolus, ait S. Chrysost. in Psal. 2, eaque infelicitate, verius quam aurigatio, extitit & lucuissimo exitu tandem concluditur. Contraponit eam cum aurigatione curius vitium. S. Bern. in quibusdam dictis, vt refertur in Floribus ex eo lib. 9. c. 24. verbis illis. [ Via legis domini, agitur non iherosolimae corporis, sed affectu mentis. Per hanc viam incedunt, & quasi quandam currum ducunt tria genera hominum, seruus, mercenarius, filius. Trahunt autem eumdem currum, duo iumenta: quorum nomina sunt, communatio, & promissio. Super communicationem, seruus sedet; super promissionem, mercenarius. Horum uterque trahit currum: alter timore, alter cupiditate, & uterque propriis summis impellitur. Solus filius, qui nec timore quatitur, nec illicitur cupiditate, sed spiritu dilectionis agitur, sine labore aut laetione vehitur in eura.

GGG g 2 Quib

Quicunque enim spiritu Dei aguntur, hi filii Dei sunt. Habet etiam currus ille, quatuor rotas: illas scilicet quatuor animi affectiones notissimas, amorem & letitiam, timorem & tristitiam; amant enim temporalia, & letantur cum male fecerint. Sed hunc amorem & hanc letitiam, sequitur timor & tristitia sempiterna. Electi vero ponunt primas rotas, timorem & tristitiam; postea amorem & letitiam. Ipsis enim commutatur timor in charitatem, tristitia in letitiam sempiternam.]

Fugiamus hos currus Aminadab, & adiungamus ad currum Christi. Adhortatio est plane insignis, Clementis Alexandrini in calce protreptici. [Festinemus, curramus, o Religiose & Dei Verbi similes, o homines imagines, festinemus, curramus, tollamus iugum eius, subeamus incropitionem. Pulchrum autrigam hominum Christum, diligamus. Pullum cum veteri duxit sub idem iugum, & iuncta hominum biga, currum dirigit ad immortalitatem, contendens ad Deum, ut evidenter impleat quod ante significaverat: prius quidem in Hierusalem, nunc autem agens in celos. Pulcherrimum est Patri spectaculum, filius aeternus, vixit. Magno ergo studio & contentione ferarum ad honesta, & efficiamur homines piis ac Religiosis, & maxima eorum qua sunt aliena ab affectionibus & perturbationibus; Deum & vitam acquiramus. Est autem Verbum adiutor; bono animo sumus, & in eo ponamus fiduciam.]



## CAPUT XIV.

Christus, Bellator & Victor.

1130 **C**HRISTUM Regem virtutum & exercitum Dei viventum sumum Imperatorem, non exclusis ab eius militari summa praefectura aciebus Angelicis, supra exhibuimus. Eundem sacris militibus concertarem, & compugnarem, ibidem, alisque etiam locis representavimus. Nunc quod fortissimi ducis est, specie bellantis per seipsum, & bellando vincentis, exhibemus. Qua ratione, infinites in Scripturis describitur.

Christus a Nativitate, bellator per vitam uniuersam.

Et verè Christus vir bellator est, non modò ab adolescentia, sed plane, etiam à pueritia sua. Describit ipsum S. Bernardus serm. i. de Natali Domini, ex ipso conceptionis momento, & à susceptione carnis nostræ, pugnarem cum duobus caputillissimis hostibus nostris, peccato mortis radice, & morte peccati propagine, quam necesse sit, excisa, & stirpium evulsa, (quod tunc à Christo factum cum innoxiam carnem suscepit,) radice eius, exarcere. Quid si vero antiqua Christi nascientes pictura in scuto, id representauit? Notus est vsus Germanorum, prolem natam clypeo imponentium; & trimedium agnoscendum suum, si Rheno impata-

ret in illo clypeo, iuxta illud Claudiani in Ref.

Et quos nascentes explorat gurgite R.

Memorant eum vnum, Julianus Epistola ad Maximum, Nazianzenus Carm. ad Nicobulum, i. 4. & Galenus lib. i. de Sanit. rota. Qui tamen non ad probandum coniugij fidem, vult fuisse infante immisum Rheno in clypeo, unde εργχύανος, Rhenum nominat in Dyoniaci Nonnus; sed ad conciliandas proli vires, eamque matre obdurandam. Quo cum confilio, apud Lacedemonas, recens nati feco imponebantur, ut annotauit Gracchus Thucydidis Scholastes lib. ii. Ut igitur Christum à primo ortu, bellis & duritate militari affectum exhibet, pectora pictura, in scuto illius naturam exhibuit, male reprehenda a veteri Epigrammatario lib. 4. Epigr. Graecorum, verbis qui latinè sic sonant,

In scuam habent, Christi nativitatem  
O quam stultus pictor quod exarat  
Dominum paci in scuto nasci pictum.

Imo o Poëta, absurdus tu, qui non video, domino pacis, & bella ab ipso o strenue bellanti, fuisse picturam ciuili modi conuenientissimam.

1131 Non diffite, potuisse fortassis Poëtam illum, alludere ad antiquum vnum, Imperatorem recens creatum, scuto impositum erigendi, ut omnibus esset conspicuus: quod Ammannus lib. 20. à Gallicanis militibus Julianum Apostolam Imperatorem renunciantibus, servatum docet. Idemque de Alexio Emmanuelis filio, habet Nicetas Choniates; Et de Iustino Coptipus lib. 2. A Gorthis idem slupparum habet Cassiodorus lib. 10. Epit. 31. De Cazari idem infra referam ex Constantino Porphyrogenito. Ut igitur significaret Poëta; Christum natum esse Imperatorem, eum mox à natiuitate, in scuto pingere fortassis voluit. Hoc illi in mentem venire potuisse non infiicit. Nec tamen ista cogitatio, aliena esset à re praefixa: quandoquidem illa subiectio noui Principis in scuto, siebat inter proceritatem gladios, ut loquitur Cassiodorus, & à militibus aciebus, eratque tota militaris.

Qui a natiuitate tam strenue bellat, non mirum si adhuc infans ab vbere, delectetur super foramine aspidis, & in cauetam Reguli mittit manum suam; si nomen à Propheta refert accelerata spolia destrahere, festina pradari, quia aequaliter sciret puer vocare parentem suum, & matrem suam, ablata est fortissimo Damasci, & spolia Samaria, coram Rege Assyriorum. Quem locum scitè de Christo bellatore etiamnum puer exponit Ambrosius in psalm. 118. serm. 21. & Chrysostomus in cap. 1. Matthæi hom. 5. & pluriimi apud Leonem Castrum Israæ 8. Sed plane concinnum his verbis Irenæus lib. 3. contra her. cap. 18. agens de fene Simeone Christum contente, adducendus hoc loco, quia rationem belli Christi à pueritia, & factam per eum hostium expoliationem, scitè aperit. [Infantem quem in manibus portabat, Iesum natum ex Maria, ipsam confitens esse Christum filium. Dei,